NOVA

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.

PARS SECUNDA.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD JOHANNEM ALTHEER,
Societatis Trajectinae Typographum,
MDCCCXXIII.

JACOBI GEEL,

PH. THEOR. M. LITT. HUM. D. ET BIBLIOTHECAE
LUGD. BATAVAE SECUNDI ORDINIS PRAEFECTI,

HISTORIA CRITICA

SOPHISTARUM,

QUI SOCRATIS AETATE ATHENIS FLORUERUNT.

EDITA A SOCIETATE RHENO-TRAJECTINA.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD JOHANNEM ALTHEER,
Societatis Trajectinae Typographum.
MDCCCXXIII.

L. S.

Cum anno 1820. *a Societate Ultrajectina haec proponeretur quaestio:* „ Sophistarum, „ qui Socratis aetate Athenis floruerunt, critica cum diligentia tradantur vita et res gestae, „ dicendi docendique ratio, tum placita etiam, „ quae in veterum scriptis, maxime Socraticorum, memorantur. Quibus rite expositis, „ efficiatur tandem, quid de eorum moribus, „ eloquentia, philosophia probabiliter existimandum sit," *digna mihi videbatur materia, in qua tractanda operam meam collocarem. Sed nescio quo fato accidit, ut non viderim, hujus quaestionis argumentum in duas partes esse distribuendum: primo scilicet Sophistarum vitae et res gestae, dicendi docendique ratio, tum placita etiam tradenda erant: ut, his expositis,* tandem, *id est, in* secunda parte, *efficeretur inde, quid de eorum moribus, eloquentia et philosophia probabiliter esset existimandum. Has autem duas partes cum ego, quaestionis verba perperam interpretatus, in hac diatribe con-*

fu-

fudisſem, factum est, ut Societas Ultrajectina judicaret, illam primis honoribus non esse ornandam; ſed cum ad priorem quaestionis partem ſatis bene responſum esſet, neque alius quisquam, praeter me, in certamen descendisſet, decretum est, ut hoc meum opusculum appellaretur Historia Critica Sophistarum, qui Socratis aetate Athenis floruerunt. *Itaque accipe, benevole Lector! hanc Historiam Criticam, auſpiciis Societatis Ultrajectinae in lucem prodeuntem, quae quantopere me exercuerit, ego ſcio, quantum bonae frugis afferat, in mediis erroribus, ab auctore quidem praeſtandis, ſed in quavis certo definitoque tempore abſolvenda ac fere tumultuaria ſcriptione vix evitandis; hujus vero rei aliorum judicium ſit.*

Scripſi Lugduni Batavorum,
Menſe Decembri, anno 1823.

DIS-

DISPUTATIONIS DISTRIBUTIO.

SECTIO PRIMA.

CAPUT I.

CAPUT II.

SECTIO SECUNDA.

CAPUT I.

CAPUT II.

§. 3.

CAPUT III.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CA-

CAPUT VI.

CAPUT VII.

SECTIO TERTIA.

CAPUT I.

CAPUT II.

CONCLUSIO.

SECTIO PRIMA.

CAPUT I.

De Fontibus, e quibus historia Sophistarum petenda est.

De Sophistis scripturo, qui Socratis maxime aetate floruerunt, haec prima oritur difficultas, e quonam potissimum fonte eorum notitia haurienda sit. Multorum, eorumque doctissimorum virorum, magna est de hac re sententiarum discrepantia. Etenim qui de veteri scripserunt philosophia; ad Barthelemium usque et Meinersium, vel nullum omnino, vel perexiguum sane locum veteribus Sophistis cesserunt; aut non nisi eorum vanitatem, magniloquentiam, fastum, stoliditatem exprobrantes, eos tamquam germanae philosophiae inimicos contumeliose exagitarunt. Quorum scriptis, et imprimis Cresollii Theatro Rhetorico, factum videtur, ut qui viri propter merita in litteras scientiasque, quin in ipsam philosophiam commendationem mererentur; horum nomina tamquam ominosa et abominanda silentio premerentur. A Barthelemio autem et Meinersio inde; quos supra memoravimus, aequius eos tractarunt, quicunque in historia Philosophiae enarranda fuerunt versati; Tiedemannus, Hee-

 te-

renius, Tennemannus, Krugius, alii. Quodsi caussam inquiramus unde fiat, ut tam anceps sit judicium de Sophistis, quorum tamen res omnino pertineant ad historiam temporum Socraticorum, ejusque aetatis, quae proxime Socratem praecessit, hanc potissimum memorandam esse videmus, quod certatur de fontibus, e quibus Sophistarum historia sit petenda: seu potius (nam in hoc cardine versatur quaestio), quod dubitatur, sitne Platoni de Sophistarum rebus, ingenio ac placitis, fides habenda nec ne. Garnerius (1) quidem et Barthelemius (2) contrarias plane vias ineunt, quorum ille Platoni religiose credendum esse existimat, hic omnem prorsus fidem Platoni abjudicat. Mediam quodammodo inter hos viam, Garnerio tamen propiorem, sequitur Tennemannus (3), qui e Platonis, Xenophontis, Aristotelisque conjunctis testimoniis Sophistarum res gestas dijudicandas esse censet, idque duplicem maxime ob caussam:

1°. Quod Sophistarum fere aequales erant, unde non ausi sint veritatem pervertere falsaque de Sophistis tradere.

2o. Quod eorum testimonia consentiunt. Platonem tamen Sophistarum placita referentem, non omnino suspectum esse arbitratur, in eamque opinionem duplici item ratione inducitur:

1°. Quod

(1) Garnier *Mémoire sur Platon. Caractère de la Philos. Socr.* Mem. de l'Acad. des Inscript. Vol. XXXII. p. 156.

(2) *Voyage du Jeune Anacharsis*, Tom. VI. p. 48. sqq. edit. Bipont.

(3) W. G. Tennemann, *Gesch. der Philosophie*, Tom. I. Sect. 10. p. 344 sqq.

1°. Quod in quibusdam Platonis dialogis, imprimis in *Protagora*, ubi plures Sophistae loquentes finguntur, ea quisque dicit quae suae personae congrua sint.

2°. Quod saepe Plato de sua in Sophistas acerbitate remittit, multiplicem eorum doctrinam agnoscit, ac tantummodo negat, veram philosophiam eos persequi.

Et nos quidem Tennemanni rationem sequendam esse arbitrati sumus; non ita tamen, ut ejus sententiae penitus nos addiceremus: nam primum, quod putat Platonem, Xenophontem, Aristotelem ideo vera scripsisse, quod Sophistarum fere aequales erant, illud argumentum veremur, ut idoneas habeat cautiones. Apud Athenaeum enim (lib. XI. p. 505. D) narratur, Gorgiam, lecto dialogo, suo nomine inscripto, negasse simile quicquam se cum Platone, vel apud eum locutum esse. Tennemanni quidem dubitationem (p. 352), vixeritne Gorgias post dialogum a Platone scriptum, in medio relinquimus; hunc autem obiter animadvertendum est, si ponamus, *Gorgiam*, editum esse a Platone, mortuo Sophista, cadere partem ipsius Tennemannianae rationis. Post mortem sane Gorgiae liberius scribere poterat Plato. Quod autem putat idem Tennemannus, fidem mereri Platonem, Xenophontem, Aristotelem, propter illorum temporum homines, quorum multi, quippe qui cum Sophistis vixissent, illorum mendacia redarguere potuissent; ne hoc quidem argumentum nobis satis validum videtur. Ab eo enim tempore, quo Protagoras exilio ab Atheniensibus multatus est, juniores Sophistae, miseri veterum simioli, ita Sophistarum nomen contemtui dederant, ut qui

ſcriptores eorum vanitatem ridentes, veteresque cum junioribus Sophistis confundentes, univerſos contumelioſe exagitabant, facile, ſi quid mendacii in ſcriptis ſuis admitterent, veniam impetrarent ab iisdem Athenienſibus, qui Aristophanis comoedias, Periclem et Socratem dilacerantes, plauſu excipiebant, quique veritatem non curabant, dummodo quis jucunde ingenioſeque ſcriberet. Tum quae in laudato Athenaei loco leguntur, Protagoram, lecto dialogo ſibi inſcripto, dixisſe: ὡς καλῶς εἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν, quid aliud ſignificant, niſi Platonem non modo falſa retulisſe, ſed iniquius de Protagora judicavisſe? Verum levius est hujus quaestionis momentum. Nam Plato Sophistarum res gestas non niſi raro et obiter tangit. Sed ne Xenophon quidem et Aristoteles ſatis abunde materiam praebent, ad conſcribendas eorum vitas, quamvis in eo fere conſentiant, quod Sophistas pecuniae colligendae cupidos, juvenum venatores, ſapientiae mercatores et caupones appellant.

Verum in Sophistarum placitis dijudicandis major etiam cautio adhibenda est. Admiramur enim Platonis artem, ſermonumque eorum lepores, quos multi veterum Sophistarum cum Socrate conferunt, imprimis in dialogo *Protagora:* agnoſcimus Protagorae magniloquentiam, eruditionisque quendam fastum, Prodici grammaticam nimis ſubtilem diligentiam, Hippiae vanitatem. Sed credi non potest, Platonem, jam natura ad jocos et facetias propenſiorem, in tam idoneo argumento, ita ſibi temperasſe, ut quos vivos a praeceptore ſuo male habitos vidisſet, horum errores, quoad ejus fieri posſet, non ſcriptione exaggeraret, atque ita in ipſos odium exerceret,

quod

quod a Socrate accepisset hereditarium. Quin idem hoc quodammodo pertinet ad Xenophontem et Aristotelem, quorum *ille*, quamvis lenior, ipsius tamen odii fuit particeps: hic in libris quos scripsit *de Sophisticis elenchis*, illorum maxime hominum rationem explicare videtur atque refutare, quales erant Euthydemus et Dionysodorus, quorum perridiculam dialecticam in dialogo *Euthydemo* facetissime expositam, ipse Plato a veterum Sophistarum more distinxit.

Itaque quam rationem nos potissimum ineundam censuerimus, age nunc paucis declaremus. Et Platoni quidem omnem fidem neque prorsus adhibendam, neque omnino abjudicandam putavimus. Cumque ita se res habeat, ut de multis Sophistarum rebus, imprimis placitis et philosophia, deficientibus aliis magis idoneis testibus, Plato solus sit consulendus, suspensas quasi in manu lances nunquam deponentes, cujusque testimonii pondus ac momentum, examinavimus: quid Philosophus, veritatis vi coactus, in Sophistarum laudem: quidve jocandi maledicendique occasione inductus, iniquius de illis dixisset, accurate ponderavimus: denique, vel adhibito pro nostra facultate omni criticae artis adjumento, saepius tamen pronuntiavimus, quid probabiliter conjectandum esse, quam quid certo affirmari posse existimaremus.

Cum autem verba, quibus haec de Sophistis quaestio a VV. CC. posita est, significare viderentur, illos omnem Sophisticorum placitorum notitiam e Socraticis maxime fontibus peti velle, ad hos quidem primo diligenter nos applicuimus. Brevi autem experti sumus, hanc notitiam incertam judiciumque nostrum suspensum fore, nisi

adhiberentur Isocrates, Philostratus, Diogenes Laërtius, Dionysius Halicarnassensis, Sextus Empiricus, alii: a quibus cum nobis non omnino interdictum esse videremus, horum omnium auctorum testimonia comparavimus, quaeque probabilia videbantur, exposuimus. Quodsi sunt, qui forte mirentur, vel sic in minus amplo auctorum ambitu nos versatos fuisse, hi cogitent, aliquos huic quaestioni tractandae circumscribendos fuisse terminos, quippe vel sic majori, quam cujus materia cum pulvisculo conquiri possit, intra breve unius anni spatium, nisi quis in tranquillo vivat otio litterato, quod nulla adversa valitudine, ac nulla interpellatione turbetur. Sed facile illos terminos admittebat quaestio: et nos in hac scriptione ita versati sumus, ut quantum ille campus pateret, tantum curiose scrutaremur: recentiorum opiniones non ante curaremus, quam nostro quantulocumque judicio rem aut consecuti essemus, aut incertam pronuntiassemus. Hujus autem rationis nos haud poenituit: sic enim omni praejudicata opinione vacui, quoties animadvertebamus, nostram operam eundem habere eventum, ad quem alii ante nos pervenissent, ad veritatem nos propius accessisse gaudebamus.

CAPUT II.

Qui Socratis aetate Sophistae fuerint.

Jam viam ingressi altera offendimur difficultate: incertum enim videtur, quinam huic scriptioni fines sint ponendi. Nam si liberius vagamur, timendum est ne nos et vires et tempus deficiant; sin vero in brevius quasi curriculum nosmet ipsos contrahimus, quaestioni a Viris Celeberrimis positae, non satisfecisse merito judicabimur.

Etenim si quis cogitet, tum multos veterum Sophistarum saepius Rhetorum nomine fuisse insignitos, tum recentioribus haud raro Sophistas fuisse nuncupatos, qui Rhetorum loco habendi fuissent, hic non indigne ferat, si paullulum retardamus cursum nostrum, inquirendo, quinam Socratis aetate Sophistae fuisse censendi sint.

E Platone parum proficias, qui haud minore Rhetores quam Sophistas odio persequitur, et cum in peculiari dialogo quaestionem instituat, quid sit Sophista, has fere definitiones ponit, (*Soph.* p. 154 E) ut sit juvenum et divitum mercenarius venator — Mercator scentiarum animi — Caupo scientiarum animi — Venditor suorum inventorum — Certator in sermonibus artisque litigandi peritus — Purgator earum opinionum, quae doctrinis obsunt — Praestigiator et imitator.

Verum et nobis tacentibus intelligitur, non ita his verbis Sophistam a Platone definitum esse,

 ut

ut non aliqua pars hujus definitionis in Rhetorem cadat: nam quod effatur, Sophistas opinatrici potius, quam vera ſcientia valere, eosque falſa ſpe decipere, tamquam pictores, naturam ita imitatione exprimentes, ut pueros fallant: (ibid p. 155 C.) hoc vero aeque Rhetorem ac Sophistam tangit.

A Philostrato in graviſſimos errores inducaris, nedum aliquid ab eo discas, qui in libris de Sophistarum vitis omnia turbat, et Rhetores Sophistasque tum veteres tum juniores confundit, quod luculenter demonſtravit Meiners. *Histoire des arts et des ſciences dans la Grèce*, *Traduct. de La Vaux* Tom. II. not. ad p. 259) qui tamen ipſe Antiphontem Rhamnuſium, Alcidamantem, alios etiam Sophistas appellat, quos ad Rhetores referendos eſſe, omni dubio caret.

Quae cum ita ſint, etiamſi in tertia demum hujus disputationis Sectione hanc rem a nobis confectum iri ſperamus nunc nostram aperiemus ſententiam, atque ostendemus, quibus maxime indiciis Sophistam a Rhetore dignoscendum eſſe cenſeamus.

Incertum est, exſtiterintne Sophistae et Rhetores e diverſis cauſis, an Rhetores e Sophistarum ratione originem duxerint. Sophisticae enim initium et Rhetoricae inventionem ad eadem tempora referenda eſſe, nobis quidem perſuaſum est. Quamvis alii Coracem, alii Gorgiam, alii Antiphontem Rhamnuſium, alii alium Rhetorices inventorem ferant, inciderunt tamen horum omnium tempora in Gorgiae et Protagorae aetatem, ante quos proprie ſic dictos Sophistas extitiſſe nullos, infra in Sect. III. probare conabimur.

Nostra quidem ſententia, antiquitus hujusmo-

modi exstiterant viri, qui de quovis argumento philosophico, physico, morali, politico, de artibus et scientiis, publice et privatim orationes habebant. Qui quum viderent, hunc doctrinarum orbem latiorem esse, quam qui ab uno homine comprehendi posset, orationis facultatem prae caeteris artibus excoluerunt, quippe cujus ope auditoribus fucum facere, cujusvis artis accuratam] cognitionem affectare poterant, et infinitae doctrinae famam se consecuturos esse sperabant. Sed cum iidem egregie dicendo majorem, quam caeteras artes docendo laudem mererentur, suisque tam bonis quam *malis* de *Rhetorica praeceptis* hujus artis studium apud caeteros homines excitavissent, sensim in diversas vias abierunt: adeo ut Sophistae essent et haberentur, qui cum de omni argumento, tum imprimis de rerum natura et philosophia morali dissererent; Rhetores vero unam dicendi laudem consectarentur, quae quum cenferetur facultate de quavis re copiose ornateque dicendi, factum videtur, ut veterum quidam vel alterutro, vel utroque nomine appellarentur: donec tandem, artibus et scientiis incrementum capientibus, tum harum magistri, tum Rhetores sibi utrique proprium regnum constituerent, sophisticaque sibi sola relinqueretur, nuda ac deformis, nil *nisi illorum* ornamentorum *umbram et vocularum* inane aucupium servans.

Habuerit igitur Sophistica tres quasi aetates, quarum prima pertinet ad Gorgiam, Protagoram, Prodicum, aliosque, quorum res gestae et ipsa nomina ignorantur, qui quotquot fuerint, inter hos tamen illos triumviros regnasse facile credimus: altera aetas illorum Virorum protulit

discipulos, fluctuantes inter Sophisticam et mere Rhetoricam rationem: postrema denique ab eo inde tempore, quo Isocrates Panathenaicum, Helenae Encomium orationemque in Sophistas conscripsit, languidam senectutem per multa deinceps saecula traxit. Sed cum a nobis tantum postularetur, ut de illorum Sophistarum vitis doctrinaeque monumentis scriberemus, qui ad Socratis tempora pertinerent, nobis in censum venire visi sunt *Gorgias*, *Protagoras*, *Prodicus*, *Polus*, *Hippias*, *Thrasymachus*, *Antiphon Onirocrites*, *Antimoerus Mendaeus*, *Herodicus Selymbrianus*, *Pythoclides Chius*, *Agathocles Musicus*, *Tantalus*, *Euthydemus*, et *Dionysodorus*; omissis illis qui vulgo Sophistis annumerari solent, cum tamen meri fuerint Rhetores, quales erant

Antiphon Rhamnusius, qui quamvis aliquot λόγους σοφιστικοὺς conscripsisse dicatur, procul dubio tamen ad Rhetores pertinet. Vid. Ruhnk. Dissert. *de Antiphonte Rh.*

Euthyphron, cujus meminit Plato in Cratylo p. 262. G. de quo nihil aliud comperimus, nisi eum strenuum fuisse etymologiarum indagatorem.

Evenus Parius, cujus quaedam inventa Rhetorica recensentur apud eumdem, in Phaedro 353. C. Hunc tamen etiam Carmina scripsisse patet e Phaed. Plat. 376. F. Suidas in Εὔηνος duos Evenos Parios memorat, ambos poetas. Quin dubitari potest fueritne Rhetor an Sophista, e Socratis verbis ibid. p. 377. A. Hic enim Cebeti mandat, ut Evenum salvere jubeat, Socratemque sequi, si sapiat. Cui respondet Cebes, nullo modo lubentem Evenum Socrati esse pariturum. Quid, inquit hic, annon Evenus Philosophus est?

Li-

Licymnius, qui nil nisi Rhetorica elaboravisse videtur (1).

Alcidamas, cujus mentionem apud Platonem nullam invenimus. Fuit tamen e Gorgiae discipulis. Vid. de ejus scriptis Fabr. Bibl. Gr. L. II. c. 26. §. 5. in nota. Eum Sophisticum Rhetorem fuisse, ostendunt deperditarum ejus orationum tituli: praeterea si hunc auctorem habet Oratio quaedam *contra Sophistas*, quae Alcidamantis nomine fertur, quaque sui temporis Sophistas objurgat, quod scripta sua limabant, et expoliebant, subito autem dicere nihil poterant; si hujus igitur orationis auctor est Alcidamas Eleus (2), jam sponte intelligitur, illum in censum nostrum venire non potuisse. Cf. et Dion. Hal. l. l.

Theodorus Byzantius, Sophisticus Rhetor. Plato. *Phaedr.* p. 351. A. *ει μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις, ἤ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον, Ὀδυσσέα.* Cf. p. 353. B. Idem hic sit cujus in Platonis *Theaeteto*, aliquae sunt colloquentis partes (3). A Protagorea ratione non alie-

(1) Vide nos in Poli vita.

(2) Vide de hac Oratione, et de Alcidamante ipso copiose disputantem Hardion. *sur la Rhétorique* etc. Mém. de l'Acad. des Bell. Lett. Tom. XIX. p. 214. *sqq.*

(3) Dubium tamen hoc est. Hunc enim apud Plat. in *Theaet.* p. 114. F. ita alloquitur Socrates. *εἰ μὲν τῶν ἐν Κυρήνῃ μᾶλλον ἐκηδόμην, ὦ Θεόδωρε, τὰ ἐκεῖ ἄν σε καὶ περὶ ἐκείνων ἀνηρώτων, εἴ τινες αὐτόθι περὶ γεωμετρίαν ἤ τινα ἄλλην φιλοσοφίαν εἰσὶ τῶν νέων ἐπιμέλειαν ποιούμενοι.* E quibus sequitur, eum Cyrenaicum fuisse, nisi fortuito in Cyrenae mentionem

alienus fuit, cujus tamen professionem se reliquisse testatur, p. 123. G. Cum enim a Socrate admonitus esset, ut ejus patrocinium susciperet: *οὐ γὰρ ἐγὼ*, inquit, *ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ μᾶλλον Καλλίας ὁ Ἱππονίκου, τῶν ἐκείνου ἐπίτροπος. ἡμεῖς δέ πως θᾶττον ἐκ τῶν ψιλῶν λόγων πρὸς τὴν γεωμετρίαν ἀπενεύσαμεν.* Cf. de ejus oratione Dion. Hal. Epistola ad Ammaeum init. et eumdem de Demosthene p. 165.

Praeterea omittendi erant Callicles, Callias, Critias, Meno, Glauco, alii, qui Sophistarum quidem fuerunt discipuli, ipsi tamen Sophisticam professi esse, aut mercede alios docuisse non videntur, quamvis aliquoties eorum verba, quibus apud Platonem utuntur, nos adhibuerimus, quo melius magistrorum rationem explicaremus.

His igitur foras exclusis, age cum caeteris, quos quidem nostra amplexura est disputatio, interiorem contrahamus familiaritatem.

nem inciderit Socrates, quam vagus ille Byzantius adire potuisset.

SEC-

SECTIO SECUNDA.

CAPUT I.

GORGIAS.

§. 1.

De Gorgiae vita et moribus.

Pauca admodum in tota antiquitate reperiuntur nomina, Gorgiae Leontini nomine magis cognita atque celebrata. Cujus rei caussas si quaerimus, has praecipuas esse reperiemus, quod multorum nobilem virorum magister dicendi fuisse dicitur, et quod plerique veterum criticorum in ejus orationis vitia diligenter et acriter animadverterunt. De ejus quoque vita et doctrina, a Philostrato inde, multi scripserunt; sed parum critice nobis quidem egisse videntur, quicumque ante Meinersium in hoc argumento versati sunt: e quibus Mongitorius in *Bibliotheca Sicula* copiosam eruditionem ostentavit; sed Graecos quidem fontes non adiisse, verum e turbidis rivulis hausisse videtur: praeterea amore in suos Siculos homines tam longe abreptus, ut nullo judicio adhibito res gestas, orationem, ingenium Gorgiae in coelum laudibus extulerit.

Gorgiae aetas quamvis aliquid habeat dubitationis, Sophistarum tamen omnium antiquissimum eum

eum fuisse putamus. Narratur quidem a Diodoro Sic. XII. p 513. eum Leontinorum legatum venisse Athenas. Id autem accidit Ol. LXXXVIII. 2. si verum est quod tradit Meinersius hist. des Sciences dans la Grèce. Tom. III. p. 473. ex Plinio (*Hist. Nat. XXXIII. c.* 4.) vixisse Gorgiam post Socratem, ejus natales circa Ol. LXX. incidisse putandi sunt: vixit enim Gorgias ultra centesimum aetatis annum. (1) Erravit autem Plinius ibidem in eo, quod Gorgiam circa Ol. LXX. sibi Delphis statuam posuisse narrat, eumque jam refutavit Meinersius l. l. At nos quidem priora illa Plinii verba frustra quaesivimus, neque usquam aliis auctoribus commemoratum invenimus, quo tempore mortuus sit Gorgias. Qui tamen putant, eum circa Ol. LXX. natum esse, haud longe sane a vero aberrabunt. Philostratus enim in Vit. Soph. p. 492. et ex eo Eudocia, apud Viloif. Anecd. p. 100. narrant, eum jam senem fuisse, quum istam legationem obiret: διαλεχθεὶς δὲ Ἀθήνησιν ἤδη γηράσκων, ὑπὸ πάντων ἐθαυμάσθη·

Natus est Gorgias in Sicilia patre Charmantida. Vid. Suid. in voce, Eudocia l. l. et Kuhn. ad Aelianum Var. Hist. I. 23. De prima ejus vitae parte nihil constat; eum audivisse Philolaum colligas fortasse e verbis ejusdem Aeliani l. l. ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, μακρῷ τῇ δόξῃ διέπρεπε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάου, καὶ Πρωταγό-

(1) Alii ei 100, alii 105, alii 109 annos tribuunt. Vid. VV. DD. ad Diog. L. VIII. 58. Olearius ad Philostr. p. 494. Quam diverse de Gorgiae natalitiis tradant veteres, vide apud Harl. ad Fabr. Bibl. Gr. II. c. 26. § 5.

γόρας Δημοκρίτου. (1) Nam quum Protagoras Democritum audiverit, verosimile est, hanc esse Aeliani sententiam, Gorgiam et Protagoram magistros suos gloria antecelluisse, sed ab his vera sapientia fuisse superatos. Verum tempora obstant: fuit enim Philolaus Archytae discipulus, aequalis Platonis, (*Diog. L. VII.* 85. *ibique VV. DD.*) Eum magistrum habuisse Empedoclem diserte ex Satyro refert Diog. L. VIII. 58. quocum consentit Suidas. At potius Empedoclis familiaris fuisse videtur: floruit enim Empedocles circa Ol. LXXXIV. (*vid. Menag. ad Diog. L. VII.* 51.) quo tempore ipse Gorgias erat circiter 50 annos natus, ut simul in eodem genere elaboravisse putandi sint, cum dicatur ipse Empedocles πρῶτος ῥητορικὴν εὑρεῖν. (vid. quos laudat Men. ad Diog. L. VIII. 57.) Gorgiam etiam in philosophia Empedoclem secutum esse, confirmatur a Platone, *Men. p.* 14. G.) Agitatur ibi quaestio, quid sit color: tum *Socrates*, βούλει οὖν σοι κατὰ Γοργίαν ἀποκρίνωμαι, ᾗ ἂν σὺ μάλιστα ἀκολουθήσαις; *Men.* βούλομαι. πῶς γὰρ οὔ; *Socr.* οὐκοῦν λέγετε ἀπορροάς τινας τῶν ὄντων κατὰ Ἐμπεδοκλέα; κ. τ. λ. Caeterum uterque fortasse profecit a Corace, cujus cum tempora sint incerta, e Cicerone tamen probabiliter conjici possint, qui in Bruto, C. 12. „ Itaque, ait Aristoteles, cum sublatis „ in Sicilia tyrannis, res privatae longo intervallo „ lo judiciis repeterentur, tum primum, quod „ es-

(1) Facetum est, quod interpres Aeliani et Mongitor. l. l. p. 258, ex his verbis efficiunt, Gorgiam fuisse filium Philolai.

„ esſet acuta illa gens, et controverſa naturâ; „ artem et praecepta Siculos Coracem et Ti- „ ſiam conſcripſisſe." (1) Agrigentini autem, mortuo Tyranno Therone, libertatem recuperarunt Ol. LXXVII. 1. vid. Diod. S. Lib. XI. p. 269. Adde quod in Prolegomenis in Hermogenem dicitur Corax circiter annis centum floruisſe post Cadmum Mileſium, qui ante Bella Perſica ſcripſisſe narratur a Joſepho (contra Apion. Lib. I. p. mihi 1034 E.) Inciderit igitur Gorgiae juventus in tempora quibus Corax florebat.

De ejus vita et rebus gestis altisſimum ſilentium est ad ea usque tempora; quibus in Graeciam primum venit. Hujus peregrinationis cauſam et occaſionem ita refert *Diod. Sic.* l. l. *ſeqq.* „ Vexabantur Leontini a Syracuſanis, belloque in- „ feriores cum esſent, legatos miſerunt ad populum „ Athenienſem, auxilium petitum. Erat autem hu- „ jus legationis princeps Gorgias, qui Athenienſi- „ bus nova dicendi arte facile perſuaſit", *τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως*, (verba ſunt Diodori) *ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους, ὄντας εὐφυεῖς καὶ φιλολόγους. πρῶτος γὰρ ἐχρήσατο τῆς λέξεως σχηματισ-*

(1) Ita etiam Meiners l. l. p. 472. „ Corax et Tiſias; qui vivoient peu de tems après l'expulſion des tyrans de Syracuſe et d'Agrigente" quamvis Cicero nullam urbem memoret. Caeterum locus Hermogenis, in Rhetorices compendio, nobis quidem ex illis Aristotelis verbis adumbratus videtur. Quae etſi copioſe enarrat; novi tamen nihil affert, niſi Coracem floruisſe post Gelonis et Hieronis tyrannidem. Scholiastes tamen ad Hermog. p. 6. narrat Gorgiam audivisſe Tiſiam: *Γόργιας δέ τις Λεοντῖνος μαθητεύει τῷ σιτίᾳ* (lege *Τισίᾳ*) *καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν ὑποστρέφει οἴκαδε.*

τισμοῖς περιττοτέροις κ. τ. λ. Itaque auxilio aliquot navium impetrato ad Leontinos rediit. Ait Mongitorius l. l. teste Platone *de Pulcro*, Gorgiam solum hac legatione functum esse. Meminerat, ut videtur, loci in Hippia maj. p. 96. A. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο, δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβεύων, ὡς ἱκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν. (1) Sed haec, nostra quidem sententia, Diodori verbis non repugnant: Plato enim ipse significaverat, Gorgiam principem inter legatos fuisse. Praeterea Platonis ingenium eo ferebatur, ut Sophistarum sapientiam et eruditionem summopere laudaret in dialogorum suorum exordiis, quo magis in sermonis decursu a Socrate exagitati atque in angustiam redacti, lectorum risu comtemptuque exciperentur. Et hinc fortasse veritatem pervertit. Ut ut est, suscepit Gorgias hanc legationem anno belli Peloponn. 5°. Cum autem Philostratus tradat, (in Gorgiae vita p. 499.) eum Periclis fuisse praeceptorem, dubitabat Olearius; tum Wesselingius ad Diod. S. l. l. suspicabatur, jam ante hanc publicam legationem, Gorgiam Athenas venisse. Ejus suspicionem Harlesius (ad Fabr. Bibl. Gr. II. c. 26. §. 5.) his verbis confirmat: „Gorgias fuit magister Periclis, qui teste Diodor. „Sic. l. l. jam Ol. LXXXI. 2. praefuit exercitui. Tum quod ex Philostrato p. 490. patet, „Gorgiam Athenienses contra Persas incitavisse, et apud Salaminem caesos, facta Ol. „LXXV.

(1) Dion. Hal. op. Rh. p. 458. ed: Reisk. ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ.

„ LXXV. 1. oratione celebrasse funebri, colli„ gitur, veram esse Wesselingii opinionem de „ Gorgiae profectione Athenas, antequam eo le„ gatus Leontinorum venisset." Eodem fere modo ratiocinatur Ruhnkenius in dissertatione de Antiphonte p. 217 sq. ejus opusculorum. Et hinc alii efficiunt, non rejicienda esse Plinii verba, qui narrat Gorgiam jam floruisse Ol. LXX. (1); sed Harlesii et Ruhnkenii rationes, nostra quidem sententia, haud satis probabiles sunt. Nituntur enim, ut videtur, sola Philostrati auctoritate, quam valde suspectam esse, passim e nostra disputatione liquebit. Hujus verba haec sunt: ὁ δὲ, οἶμαι, καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο, Κριτίαν μὲν καὶ Ἀλκιβιάδην, νέω ὄντε, Θουκυδίδην δὲ καὶ Περικλέα, ἤδη γηράσκοντε. Merito autem mireris, ejus rei nullam mentionem fieri a Plutarcho in vita Periclis, qui tamen hujus viri praeceptores accurate recenseat; quin Damonem memorans, de ejus sophistica ratione quaedam disputet. (2) Dubitare etiam oportet num Thucydides ejus auditor esse potuerit, siquidem in medio relinquitur, utrum in exilio an Athenis ab exilio revocatus, diem supremum obierit. Vid. Marcell. in vita Thucydidis, p. 726. ed. Duk. Sed ne ipsa quidem Philostrati verba sic accipi debere videntur: hic enim verbo ἀνηρτή-

(1) Videantur Plinius et Meinersius ll. ll.

(2) Nihili est, quod Harlesius Periclem jam Ol. LXXXI. 2. exercitui praefuisse dicit. Videntur enim eum fugisse Philostrati verba ἤδη γηράσκοντε, quem etiam secuta videtur Eudocia apud Villois. Anecd. p. 100. διδάσκαλος δὲ ἦν (inquit) — Κριτίου τε καὶ Ἀλκιβιάδου νέων ὄντων. Θουκυδίδου δὲ καὶ Περικλέους, ἤδη γηρασκόντων.

[illegible] fortasse nihil aliud voluit, nisi hos viros Gorgiae dicendi genus studiose esse imitatos; quod fieri quidem potuit. Quid enim impedit quominus scripta Gorgiae, jam ante ipsius in Graeciam adventum, Athenas pervenerint?

Alterum argumentum, quod ex eodem Philostrato petitur, Gorgiam Athenienses contra Persas incitasse, et apud Salaminem caesos oratione funebri celebrasse, item veremur ut solidum sit. Philostratus enim, cujus locum longiorem referre operae pretium non est, nihil aliud narrat, nisi Gorgiam dissidentes Graecos Olympiae adversus Barbaros incitasse; Athenis oratione funebri laudasse illos, quos Athenienses publice sepelivissent; iterumque Athenis de bello Barbaris inferendo orationem habuisse. Itaque quamvis jam statim post tempora Persica dissidium fuerit inter Athenienses maxime, et Lacedaemonios, non tamen ejusmodi erat haec discordia, ut inde oratores publice, ad pacem faciendam hortandi occasionem arripere possent: praesertim cum his temporibus ita fractae essent Persarum vires, ut nihil ab eis Graecis esset timendum. Sin autem Gorgias has orationes brevi post Xerxis in Graeciam expeditionem habuit, quidni jam tum a Graecis probatus, discipulos collegit, artemque Sophisticam exercuit, cum tamen Plato ejus gloriam ab ista inde legatione incepisse, (Hippias Maj. 96. A.) et jam Protagoram ante Gorgiam ex arte Sophistica quaestum fecisse testetur? (ibid. B.) Sed illas Gorgiae suasorias orationes multo recentiores esse putamus, et omnino referendas ad bellum Peloponnesiacum et sequentia tempora. Quo magis enim Graeci intestinis bellis et dissidiis vexabantur,

ac debilitabantur, eo magis Xerxis successores, imprimis Artaxerxes Mnemon, suam in Asiaticos Graecos potestatem vindicabat, donec tandem, facta celebrata illa Antalcidae pace, hos sibi penitus subjiceret. Cum autem videamus, multos in hoc genere imitatores nactum esse Gorgiam, quales Panegyricorum scriptores Antiphontem, Aristidem, Lysiam, Isocratem, minime verosimile est, tam longum temporis intervallum intercessisse inter Gorgiae exemplum, et imitatorum conatus. Quodsi quis objiciat, orationem funebrem, in honorem caesorum in pugna Salaminiensi, non tamdiu post ipsam pugnam habitam esse potuisse, nos quidem quid obstare potuerit non videmus. Pertinebat hic quasi locus communis ad commovendos Graecos, si ostenderet Orator, eos intestinis discordiis proprias vires frangere, cum tamen eorum proavi viribus junctis, communem hostem propellentes, gloriosam mortem oppetivissent.

Talia autem argumenta non publicis tantum orationibus materiam praebebant, sed etiam in Scholarum umbris a Sophistis et Rhetoribus eligi solebant, tamquam campi in quos illorum eloquentia effusis habenis excurreret: et hic eorum mos ad posteriora etiam tempora pertinuit, unde Cic. de Off. I. 18. „ Contraque in laudi-
„ bus quae magno animo et fortiter excellenter-
„ que gesta sunt, ea nescio quomodo pleniore ore
„ laudamus. Hinc Rhetorum campus de Mara
„ thone, Salamine, Plataeis, Thermopylis,
„ Leuctris." Cf. Id. Tuscul. Q. I. c. 49. ubi expositis quibusdam Rhetorum epilogis, „ Har-
„ modius, inquit, in ore et Aristogiton, Lace-
„ daemonius Leonidas, Thebanus Epaminondas

„ vi-

„ vigent." Videatur etiam Isocrates passim et Plato in Menexeno p. 405. Ipse Plutarchus hanc consuetudinem tangit in libello *de reip. gerendae praec.* p. 814. *ταῦτα γὰρ ἔξεστι καὶ νῦν ζηλοῦντας, ἐξομοιοῦσθαι τοῖς προγόνοις, τὸν δὲ Μαραθῶνα καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα καὶ τὰς Πλαταιὰς — ἀπολιπόντας ἐν ταῖς σχολαῖς τῶν σοφιστῶν.* Alia testimonia de Sophistis qui primis post Christum temporibus vixerunt, collegit Cresollius Theatr. Rhetor. III. 8. cf. Doctiss. Amersfoordt. ad Demosthenis Orationem *de Symmoriis p.* 85.

Huc quoque imprimis faciunt, quae habet Athenaeus (L. XI. p. 505. D. E.) *Ἕρμιππος δὲ, ἐν τῷ περὶ Γοργίου, ὡς ἐπεδήμησε, φησὶ, ταῖς Ἀθήναις ὁ Γοργίας μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος· εἰπόντος τοῦ Πλατῶνος, ὅτε ἴδεν αὐτὸν, ἥκει ἡμῖν ὁ καλὸς καὶ χρυσοῦς Γοργίας, ἔφη ὁ Γοργίας· ἦ καλόν γε καὶ νέον αἱ Ἀθῆναι τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασι.* (1) Patet hinc, Platone juvene, statuam auream Gorgiae positam fuisse. Quamvis autem Pythicae orationis, quae ansam praebuerit ponendae statuae, argumentum nusquam memoretur, verosimillimum tamen est, illam ex eo quoque fuisse genere, quod communem Graecorum utilitatem spectaret, qualesque sequentibus etiam temporibus, in ista ludorum solemnitate a Sophistis haberi solebant.

Verosimile est, Gorgiam reddita Leontinis legationis suae ratione Athenas rediisse; Schol. ad Her-

(1) Luserunt ambo in vocibus *καλὸς καὶ ἀγαθὸς*; quamvis Gorgiae illud *καλὸν καὶ νέον* nobis quidem minus acutum videatur, adeo ut Platonicum dicterii telum nonnisi confractum retorserit.

Hermog. p. 6. κατέσχον δὲ αὐτὸν, inquit, ἐν Ἀθήναις, τὴν συμμαχίαν πέμψαντες ἐν τῇ Λεοντίνῃ. At verior videtur Diodori narratio quam Graeculi testimonium: erat enim, si vera sunt quae supra probare conati sumus, jam tum circiter 70 annorum senex, quod confirmant Philostrati verba: διαλεχθεὶς δὲ Ἀθήνησι ἤδη γηράσκων. Cf. Eudocia. l. l. Quamvis autem mirari subeat, Gorgiam in senectutis languore patriam suam reliquisse, easque Atheniensium animis orationis faces admovisse, quae virum aetatis flore laterumque firmitate vigentem requirere videantur, tenendum tamen est, eum ad tantam aetatem pervenisse, quantum perpaucis attingere datur: λέγεται δὲ μὴ καταλυθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ γήρως, ἀλλ᾽ ἄρτιος καταβιῶναι, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἡβῶν (1). Caeterum id genus oratione utebatur, quod insuetis magis verborum lenociniis auditores demulceret, quam sententiarum vehementia raperet; narratur quidem a Scholiaste ad Hermog. p. 6. ἐλθόντος δὲ τοῦ Γοργίου εἰς Ἀθήνας, ἐπεδείξατο ἐκεῖ λόγον, καὶ εὐδοκίμησε πάνυ, ὥςε, ἡνίκα ἐπεδείξατο λόγον ὁ Γοργίας, ἑορτὴν ἄπρακτον ἐποίουν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ λαμπάδας τοὺς λόγους αὐτοῦ ὠνόμασαν. Cff. etiam auctt. l. l. a Mongitorio, p. 260. B. quod tamen magis de luminibus quam de vi orationis accipiendum videtur. Sed nobis hi lampades et intermissa Deorum festa valde suspecta sunt, quippe quorum, nisi nos omnia fallant, soli gramma-

(1) Philostr. p. 494. Confirmatur hoc Luciani testimonio, qui in *Longaevis* refert, eum 108 annos natum inedia se ipsum confecisse. Cum Philostrato comparetur Eudocia. l. l.

matici meminerunt. — Cf. etiam Troilus Sophista in Prol. Rhet. allatus a Langbaenio ad Long. Π. Υ. III. 6.

Aliquamdiu, ut videtur, Athenis commoratus, aliorum qui jam ante ipsum artem Sophisticam in Graecia exercuerant, exemplo inductus, Graeciam perlustravit, imprimisque in Thessalia versatus est. Plato Men, p. 12. C. πρωτοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δὲ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ. καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται τοῦ Λαρισσαίου. τούτου δὲ ἡμῖν αἴτιός ἐστι Γοργίας. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους (ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος) καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. (1) In illa regione multos habuit auditores. Γοργίου δὲ θαυμασταὶ ἦσαν ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι, πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ἕλληνες, παρ' οἷς τὸ ῥητορεύειν γοργιάζειν ἐπωνυμίαν ἔσχεν. εἶτα τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν, ἐν οἷς Ὀλυμπιάσι διελέχθη κατὰ τῶν βαρβάρων, ὑπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβίδος. Verba sunt Philostrati in Epistola I., qui alio loco dicit, Gorgiam principatum antiquae Sophisticae obtinuisse in Thessalia. (2) — Et in hac quidem peregrinatione verosimile est, eum Delphos etiam adiisse, ibique Pythicam orationem ex ara pronuntiavisse, quam ob causam ei aurea statua fuerit posita. (3.) Quin cre-

(1) Cf. Philostr. Ep. XIII. ad Juliam Augustam.
(2) Vid. Proöem ad Sophist. vit. p. 481
(3) Vid. Philostr. vit. Sophist. p. 493. Eudocia p. 101. et ll. ll. ab Oleario, ad Phil. qui recte ait, omnes auctores, praeter Plinium (Hist. Nat.

 XXXIII.

credibile est, in eodem itinere eum Olympiam venisse. Habuit autem ibi orationem ad suadendum Graecis, ne civilibus bellis se ipsi debilitarent, sed ut junctis viribus barbaros, communes hostes, adorirentur. Neque fortasse inter orationes Delphis et Olympiae habitas longum temporis spatium intercessit: in eadem certe perigrinatione eas pronuntiatas esse putamus: quod hinc fere colligimus: apud Platonem (Men. p. 12. E.) Meno Thessalus Gorgiae discipulus Socratem rogat, an numquam e Gorgia audiverit, quid sit virtus, τί δὲ; Γοργίᾳ οὐκ ἐνέτυχες ὅτε ἐνθάδε ἦν; respondet Socrates, se eum audivisse, neque tamen meminisse, qualis eius esset sententia. Videtur igitur diu Athenis abfuisse Gorgias. Adde quod e supra l. l. Hermippi apud Athenaeum XI. 15. patet, rediisse Gorgiam post aureae statuae dedicationem, Platone juvene: quum verbis ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν, si cum Platonis, in *Gorgia* dialo-

XXXIII. c. 24) in eo consentire, quod ab universa Graecia hanc statuam Gorgiae positam fuisse affirmant. Sed praeteriit locum Athenaei supra laudatum, ubi verba μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος, quid aliud significant, nisi Gorgiam sibi ipsum auream statuam constituisse. Fortasse eumdem Hermippum secutus est Plinius. Utut est, nos quidem huic nodo solvendo impares sumus: nam sive putes Graecos hunc honorem Gorgiae habuisse, tanta erat hominum admiratio quae illud omnino probabile reddat: sive credamus, illam statuam ipsius Gorgiae fuisse donum, ea leguntur de Sophistarum divitiis et fastu, quae ne hanc quidem suspicionem omni fundamento destituant.

logo, jacteriis conferantur, haec sententia subesse videatur: *profecto tu, me absente, e candido puero innocuoque, juvenis Archilochus factus es.* Quod si ponamus, Platonem eo tempore fuisse circiter 16 annos natum, redierit Gorgias octogenario paulo major. Elide aliquamdiu commoratus esse videtur, ibique pronuntiavisse *laudationem Elidis*, quam laudat Aristot. Rhetor. III. 14. Sed dubia haec res est, cum haec oratio fortasse ex epidicticarum adeoque privatarum genere fuerit.

Athenis oratione funebri celebravit eorum memoriam, qui bello Persico ceciderant; quam habuit fortasse ante abitum ex Athenarum urbe; nihil tamen impedit, quominus eam post reditum pronunciaverit, cum Clearchus apud Athenaeum (. LXII. p. 548. D) tradat, *ὅτι διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν σχεδὸν ὀγδοήκοντα ἔτη τῷ φρονεῖν συνεβίωσεν*, cum supra jam laudatus Philostratus Gorgiam, ad vitae usque terminum, integra mente fuisse testetur.

Uxorem habebat Gorgias eo tempore, quo Olympicam orationem recitabat, Plut. Conj. Praec. p. 144. B. *Γοργίου τοῦ ῥήτορος ἀναγνόντος ἐν Ὀλυμπίᾳ λόγον περὶ ὁμονοίας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ Μέλανθος, Οὗτος ἡμῖν ἔφη, συμβουλεύει περὶ ὁμονοίας, ὃς αὑτὸν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν θεράπαιναν ἰδίᾳ τρεῖς ὄντας ὁμονοεῖν οὐ πέπεικεν. ἦν γὰρ ὡς ἔοικε, τὶς ἔρως τοῦ Γοργίου καὶ ζηλοτυπία τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ θεραπαινίδιον.*

Quae viri fuerint fata ad finem usque vitae, non constat; quin ubi terrarum obierit, difficile sit, ad affirmandum, quum id nusquam, quan-

tum sciamus sit memoratum (1). Probabile tamen est, eum in Graecia vitae postremam partem egisse, ubi adhuc degebat, Platone jam dialogos scribente. Narratur enim teste Athenaeo, (L. XI. p. 505. E.) Gorgiam lecto Platonis dialogo dixisse, non meminisse, quidquam simile se vel e Platone umquam audivisse, vel apud Platonem locutum esse: erat igitur tum circiter centum annorum senex.

Caeterum cum Rhetoricam Gorgias prae caeteris artibus Sophisticis calleret atque doceret, eamque Athenienses eo tempore avide exciperent, imprimis Athenis commoratus esse videtur, ibique magnam pecuniae vim collegisse: Plat. Hippia Maj. 96. A. *καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος, καὶ συνὼν τοῖς νέοις, χρήματα πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλα.*

(1) Nam quo fundamento nitantur nescimus, quae habet Mongitorius Bibl. Sic. I p. 260. e Fazillo Dec. I. l. III. c. 3. Gorgiam patriae desiderio excitatum, Leontium regressum esse, ibique suam domum adspexisse; quo desiderio expleto, brevi Athenas remearit. Sed quam negligenter et indocte iste Fazellus egerit, (quamvis ad propositum nostrum minus faciat) verbo ostendere juvat. Hic igitur, teste Mongitorio ibid p. 258. alicubi tradit, Aeschylum omnia tragoediarum ornamenta, vestes, personas, heroum nuntios, pulpitum, alia a Gorgia mutuatum esse: scilicet ita interpretabatur Philostratum, (in Gorgiae vitae initio) a quo instituitur comparatio inter Aeschylum et Gorgiam, quorum ille Tragicorum, hic Sophistarum parens vocatur: uterque ob merita in suam artem, quam inventis ornaverant atque amplificaverant.

ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως; quamvis etiam in suo per Graeciam itinere idem sibi propositum habuerit, ut juvenes ad se alliceret imprimis ditiores, ingentique pretio illos institueret, vid. Plat. Theag. p. 10. F. Suida teste, in voce Γοργίας, a quibusdam discipulis centum minarum mercedem exigebat; quod cum subobscurum sit, quomodo accipi debeat, sic intelligendum videtur, ut absolutis demum omnibus lectionibus, in quibus Gorgias alicujus artis ambitum, quantum tunc quidem temporis pateret, pertractavisset, illud pretium penderent; (vid. infra §. 5.)

Multa sunt in Platone documenta arrogantiae Gorgiae. In Gorgia p. 281. G. ubi cum Socrates eum rogavit, num Rhetorem eum vocare oporteret; ἀγαθόν γε, inquit, ὦ Σώκρατες· εἰ δὴ ὅγε εὔχομαι εἶναι, (ὡς ἔφη Ὅμηρος), βούλει με καλεῖν· Ibid. καὶ γὰρ ἂν καὶ τοῦτο ἕν ἐστιν ὧν φημὶ, μηδένα ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. Hanc ejus arrogantiam procul dubio Plato auxit, et fortasse quidem nimium ejus in extemporanea dicendi facultate confidentiam perstrinxit, de qua notanda sunt quae habet Philost. in prooem. p. 482. Σχεδίου δὲ λόγου Γοργίας ἄρξαι. παρελθὼν γὰρ οὗτος ἐς τὸ Ἀθηναίων θέατρον, ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν, προβάλλετε, καὶ τὸ κινδύνευμα τοῦτο πρῶτος ἀνεφθέγξατο· ἐνδεικνύμενος δέ που πάντα μὲν εἰδέναι, περὶ παντὸς δ᾽ ἂν εἰπεῖν ἐφιεὶς τῷ καιρῷ. Idem apud Platonem (Gorg. 281. B.) Callias dicit, Gorgiam apud se domi fuisse, ac jussisse unumquemque se interrogare, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη αποκρινεῖσθαι. In hunc errorem illum inducebat summa orationis pro illis temporibus facultas, quam ita excoluisse videtur, ut si vel absurde de quavis re loque-

retur, vocabulorum tamen ſonus gratus auditorum auribus accideret. De Rhetorica quidem quid ſenſerit, infra videbimus; narrat autem Philostratus in proöemio (l. l.). Gorgiam extemporaneae orationis fuiſſe auctorem, et ad eam adhibendam adductum fuiſſe Prodici conſuetudine, qui cum elaboratas orationes ſaepius auditoribus repeteret, Gorgiam ſe tempori permiſiſſe. Fieri quidem potuit, ut Gorgias, quippe qui Philoſophiam eamque fere Eleaticam cum ſermonis haud vulgari facultate conjungeret, eâ primum abuteretur, praeſertim cum videret quantam ſui admirationem apud Athenienſis movisſet; at quae hujus rei affertur cauſa a Philostrato, hanc perquam abſurdam putamus. Vid. quae disputabimus infra in vita Prodici.

Feruntur duo acute dicta a Gorgia: quorum alterum jam ſupra memoravimus, quo Platonis petulantiam repulit: alterum Philostr. in proöem. p. 483. ſic refert: *ὁ Χαιρεφῶν τὴν σπουδὴν τοῦ Γοργίου διαμασσώμενος, διὰ τί, ἔφη, ὦ Γοργία, οἱ κύαμοι τὴν μὲν γαςέρα φυσῶσι, τὸ δὲ πῦρ οὐ φυσῶσιν; ὁ δὲ, οὐδὲν ταραχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐρωτήματος, τουτὶ μὲν, ἔφη, σοὶ καταλείπω σκοπεῖν. ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο πάλαι οἶδα, ὅτι ἡ γῆ τοὺς νάρθηκας ἐπὶ τοὺς τοιούτους φύει*: non adeo igitur vanus erat Gorgias, et ad quasvis quaestiones paratus, quin importunum interrogatorem ſine reſponſo dimitteret, ac plagis dignum cenſeret. — Aliud ejus improprie ac nimis inflate dictum refert Arist. Rhet. III. c. 4. his verbis: *τὸ δὲ Γοργίου εἰς τὴν Χελιδόνα, ἐπεὶ κατ' αὐτοῦ πετομένη ἀφῆκε τὸ περίττωμα, ἄριςα τῶν τραγικῶν· εἶπε γὰρ, αἰσχρόν γε ὦ Φιλομήλα. ὄρνιθι μὲν γὰρ, εἰ ἐποίησεν, οὐκ αἰσχρόν. παρ-*

θέ-

θένῳ δὲ αἰσχρόν· εὖ οὖν ἐλοιδόρησεν εἰπὼν ὃ ἦν, ἀλλ' οὐχ ὃ ἐστιν. De moribus Sophistarum disputans Cresollius (1) Gorgiae objicit, quod purpuream vestem gerebat; Aelianus quidem (Var. Hist. XII. 32.) Ἱππίαν δὲ, inquit, καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι διαῤῥεῖ λόγος. Alio autem loco idem Cresollius affirmat, Gorgiam scripsisse librum *de Scortis* (2) et hinc quidem efficit, fuisse Gorgiam dissolutis moribus. Enim vero iniquum est, tam tenui auctoritate ductum, ejus toti vitae infamiam adspergere. Primo enim quid criminis habebat cultius vestimenti genus, praesertim in viro divite? Deinde si credamus, Gorgiam nostrum librum illum *de Scortis* scripsisse, injustum sit inde deducere velle, illum fuisse libidinosum, nisi forte ipsum Athenaeum voluptatibus deditum fuisse dicamus, eo quod multa de Atheniensium scortis habet, in eo loco ubi hic Gorgiae liber laudatur (3). Quodsi usus esset Cresollius loco Plutarchi supra a nobis laudato, de domesticis Gorgiae altercationibus, aliquid fortasse effecisset; sed duo in eo videntur animadvertenda. Primo Melanthum istum Gorgiae fortasse fuisse adversarium ejusque gloriae invidisse: deinde non certum esse, eum aliquem Gorgiae erga ancillam suam amorem significasse: verba enim, ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὶς ἔρως τοῦ Γοργίου καὶ ζηλοτυπία τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ θεραπαινίδιον, sunt Plutarchi, qui hanc sententiam Melanthi jacterio tribuit. At non continuo e domestica discordia inter Gorgiam ejusque

(1) Theatr. Rhetor. III. 15.
(2) Vid. Infra.
(3) Vid. Infra §. 2.

que uxorem et ancillam sequitur eam ex Gorgiae voluptate vel ejus uxoris *ζηλοτυπίᾳ* originem traxisse. Et nos quidem pro nostra chronologica ratione decertantes, hoc libidinis crimen ipsa Gorgiae, quippe octogenarii senis, aetate repellimus (1). Sed classicus est locus Athenaei, de Gorgiae abstinentia, cujus eo majus est momentum, quod duorum scriptorum auctoritate Clearchi et Demetrii Byzantini nititur. Ita autem scribit (Lib. XII. p. 548. D.): *πόσῳ γὰρ τούτων βελτίων ὁ Γοργίας Λεοντῖνος, περὶ οὗ φησὶν ὁ αὐτὸς Κλέαρχος ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν βίων, ὅτι διὰ τό σωφρόνως ζῆν σχεδὸν ὀγδοήκοντα ἔτη τῷ φρονεῖν συνεβίωσεν. Καὶ ἐπεί τις αὐτὸν εἴρετο, τίνι διαίτῃ χρώμενος οὕτως ἐμμελῶς καὶ μετὰ αἰσθήσεως τοσοῦτον χρόνον ζήσειεν; οὐδέν πώποτε, εἶπεν, ἡδονῆς ἕνεκα πράξας (2). Δημήτριος δὲ ὁ Βυζάντιος ἐν τῷ περὶ ποιημάτων, Γοργίας, φησὶν, ὁ Λεοντῖνος ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ γέγονεν αἴτιον τοῦ βιῶσαι πλείω τῶν ἑκατὸν ἐτῶν, ἔφη, τὸ μηθὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκα (3) πεποιηκέναι.*

Cae-

(1) Mongitorius quidem, (Bibl. Sic. Tom I. p. 260.) Plutarchi verba sic reddit: „Aemulabatur quippe uxor ejus ancillae pulchritudinem, et castissimum virum quotidianis jurgiis exagitabat." Sic ne Mongitorio quidem, acerrimo Siculorum hominum vindici, interpretari licebat.

(2) Confer. Stobaei Serm. XCIX. p. 548.

(3) Postrema verba Gorgiae significabunt: *se nihil umquam intemperantius alterius causa egisse.* Atqui objici possit, anceps esse hoc responsum. Non enim omnes libidinosi et intemperantes ita agunt, ut aliis placeant Quid si pro *ἑτέρου ἕνεκα* legatur *γαστέρος ἕνεκα*? Ita haec Gorgiae responsio, fere

Caeterum quae dicta ejus feruntur, cum ad vitae terminum pervenisset, eam sapientiam referunt, quae in summis viris laudari solet. Nam cum, exoletis ut videtur corporis viribus, somnus ei obreperet, et quidam e familiaribus eum rogaret, quomodo sese haberet, respondit; ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ (1). Ab alio interrogatus, num libens moreretur, μάλιστα, εἶπεν· ὥσπερ γὰρ ἐκ σαπροῦ καὶ ῥέοντος οἰκιδίου ἀσμένως ἀπαλλάττομαι. Vid. Stob. Serm. CXVII. p. 600.

§. 2.

De scriptis Gorgiae.

Suidas in Γοργίας, ait Gorgiam multa scripsisse, sed duae tantum ejus orationes ad nos pervenerunt. Ἀπολογία ὑπὲρ Παλαμήδους, in qua tamen ipse Palamedes suam causam apud Judices contra Ulyssem defendit. Hardionius in disputatione *de Rhetorica ap. Graecos* Mém. de l'Acad. des

fere eamdem habebit sententiam, quam superior. γαστέρος enim vocabulum cum gulositatem tum libidinem significabit. Putidum sit hanc vocis γαστὴρ potestatem multis exemplis illustrare; monendum tamen videtur, illam aliquando cum rebus venereis conjungi solere. Philostr. vit. Appoll. L. II. c. 29. γαστρί τε διδόναι καὶ Ἀφροδισίοις. Demosth. pro Coron. p. 324. edit. Reisk. τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν. et alibi. Caeterum Eudocia quoque p. 101. prioris tantum responsi meminit; ἐρωτηθεὶς δὲ τίνι διαίτῃ χρώμενος, οὕτω βιώσει, φάναι ὡς οὐδὲν πώποτε ἡδονῆς ἕνεκα ἔπραξε.

(1) Aeliani V. H. II. 35.

des Belles Lettr. Tom. XIX. p. 216, spuriam hanc orationem judicat, nulla alia ratione nisi quod Alcidamantis quae fertur oratio *de Palamedis proditione*, nulla habeat accusationis capita; quibus Gorgias respondeat. At quis affirmet, vel Gorgiam et Alcidamantem eo consilio scripsisse; vel Alcidamantis genuinam esse illam declamationem? Praeter Hardionium neminem reperimus; qui hanc pro Palamede orationem Gorgiae abjudicare videretur, nisi haec fuerit sententia quoque Doctiss. Amersfoordtii, qui in Annot. ad Demosthenis orationem *de Symmoriis*, nuper erudite editam p. 92. locum quemdam Demosthenis imitatione expressum esse ait, a Gorgia: adeo ut v. Doctiss. aliquem Pseudo-Gorgiam significasse videatur. Nos hanc *Apologiam* pro genuino Gorgiae partu agnoscimus: et hanc quidem maxime ob causam, quod ibi ejusmodi reperiuntur vitia, qualia veteres critici in Gorgiae sermone perstrinxerunt. Vid. infra § 4.

Ἑλένης ἐγκώμιον. Infra de hac *Laudatione* videbimus, quae cum maxime frigida est et fere absurda, adeo ut dubitemus habeantne *Apologia* et *Laudatio* eundem auctorem.

Praeter has, in Rhetorico quidem genere, laudatae ejus inveniuntur Orationes, de quibus supra egimus.

Ὀλυμπικὸς, quam e templi gradibus dixit. Hanc orationem de maxima re multa civili prudentia elaboravit: dissidentes quippe Graecos videns; concordiam ipsis suasit, adversus Barbaros eos incitans; et persuadens, ut certaminis praemia non suas sibi invicem civitates constituerent, sed barbarorum patriam. Vid. Philostr. p. 493, quem ad verbum descripsit Eudocia, p. 101. Πυ-

Πυθικὸς λόγος, quem dixit ex ara.

Λόγος ἐπιτάφιος. De quo Philostratus p. 493. ὃν διῆλθεν ἐν Ἀθήνῃσιν, εἴρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων πεσοῦσιν, οὓς οἱ Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ ξὺν ἐπαίνοις ἔθαψαν. σοφίᾳ δὲ ὑπερβαλλούσῃ ξύγκειται. Hujus orationis funebris fragmentum servavit Schol. in Hermog. περὶ ἰδέων. c 9. quod infra dabimus, quippe minus cognitas antiquitatis reliquias. Cf. Eudocia. p. 101.

Loci communes, sive singularum rerum laudes vituperationesque, vid. Cic. Brut. c. 12.

Quae philosophicum argumentum tractat, una ejus memoratur scriptio: Περὶ φύσεως, ἢ περὶ τοῦ μὴ ὄντος. Vid nos infra, et de his Gorgiae scriptis cf. Fabr. Bibl. Graec Lib. II. c. 26. § 5. et Mongitor. Bibl. S. Tom. I. p. 261.

Praeterea primus scripsit Gorgias περὶ τῶν ἀνομοίων, καὶ τῶν ὁμογενῶν (ὀνομάτων vid. Dion. Halic. *de composit. voc.* p. 11. ed. Sylb.) i. e. ut videtur, *de vocabulis, sono vel significatione aut convenientibus aut differentibus, rite et opportune sermoni inserendis*. Sed conqueritur eodem loco Dionysius, ὅτι οὐδὲν λόγου ἄξιον ἔγραψε.

Ejus Ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους laudat Aristoteles Rhetor. III. c. 14. fine, in quo οὐδὲν προεξαγκωνίσας, οὐδὲ προανακινήσας, εὐθὺς ἄρχεται, Ἦλις πόλις εὐδαίμων.

Refert Pollux in Onomastico Lib. IX. Sect. I. ὀνομαστικόν τι βιβλίον πεποίηται Γοργίᾳ τῷ σοφιστῇ, οὕτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι, παιδευτικόν. εἰς δὲ πεῖραν ἐλθεῖν, ὀλίγου λόγου. Hoc opusculum nostro Gorgiae abjudicat Gesner. in Bibl. p. 289. Quamquam autem lexicorum conficiendorum studium ad multo seriora tempora pertinet, nobis tamen illud genus Sophisticae curiositati apprime

convenire videtur. Et parum definite Pollux hujus onomastici rationem indicat, ut verosimile sit, spectasse illum libellum ad aliquod Rhetoricae artificium.

Jambos scripsit Gorgias, si Dis placet, credisque Mongitorio Bibl. Sic. Tom. I. p. 262, cf. p. 8. Fluxit ejus error e male intellectis Philostrati verbis, qui in vita Gorgiae p. 493. Ἀγάθων δὲ, ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς — πολλαχοῦ τῶν ἰαμβείων Γοργιάζει. Sed Mongitorius ex interprete sapiebat, qui Philostrati locum reddidit; *Imo et Agathon — passim in jambis suis Gorgiam imitatur.*

Testatus est Lascaris apud Fazillum, loco a Mongitorio allato, orationes tres Gorgiae extitisse MSS. Florentiae, in Bibliotheca S. Marci Ordinis praedicatorum. Quid hoc negotii sit ignoramus; fortasse tamen in horum numero fuerint *Helenae Encomium* et *Palamedis Apologia.*

Quaedam praeterea de Rhetorica sententiarumque figuris scripsit, quod ex aliquot locis Aristotelis patet, quos infra dabimus, ubi de Gorgiae dicendi genere erit agendum. Ait Mongitorius l. l. Rutilium Lupum, teste Quinctiliano, multa e Gorgiae libro, in latinum sermonem convertisse. Sed inspiciendus est Quinctilianus, ne quis in hunc errorem inducatur. Hic igitur IX. 2. „ praeter illa vero, inquit, quae „ Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa „ alia et idem Rutilius, Gorgiam secutus, non „ illum Leontinum, sed alium sui temporis, „ cujus quatuor libros in suum usum transtulit.” Porro Ruhnk. in praef. ad eundem Rutilium p. 10., probat significari Gorgiam Rhetorem Atheniensem, Ciceronis filii magistrum.

Lau-

Laudat Athenaeus l. XIII. p. 596 F, Gorgiam ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν, quem tamen Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. 26. §. 5. Atheniensem fuisse pronuntiat, a Leontinoque Gorgia diversum. Recte: quamvis hunc Atheniensem Rhetorem fuisse, demum liqueat ex eodem Athenaeo l. XIII. p. 567. Cf. Ruhnk. praef. ad Rut. Lup. l. l. qui tamen hujus de scortis libelli auctorem diversum putat a Gorgia Atheniensi Ciceronis filii praeceptore.

Fortasse etiam librum de physico argumento scripsit Gorgias, cum Platoni notum esset ejus decretum *de colore*, quem defluxum quemdam esse putabat figurarum, visui congruentem ac sensibilem. Vid. Plato. Men. p. 14. G.

Denique non liquet, e quonam ejus opere excitaverit Plutarchus Gorgiae sententias de Tragoedia et de Cimone, quas invenimus apud Plut. de Glor. Ath. p. 348. C. ἤνθησε δὲ ἡ τραγῳδία καὶ διεβοήθη, θαυμαστὸν ἀκρόαμα καὶ θέαμα τῶν τόθ' ἀνθρώπων γενομένη, καὶ παρασχοῦσα τοῖς μύθοις καὶ τοῖς πάθεσιν ἀπάτην, ὡς Γοργίας φησὶν, ἣν (leg. ᾗ) ὅ τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. ὁ μὲν γὰρ ἀπατήσας δικαιότερος, ὅτι τοῦτο ὑποσχόμενος πεποίηκεν. ὁ δὲ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος, εὐάλωτον γὰρ ὑφ' ἡδονῆς λόγων τὸ μὴ ἀναίσθητον. In his autem jam deprehenditur putida illa distinguendi et ratiocinandi solertia, de qua infra saepius nobis agendum erit: quin huc quoque pertinet illud de Cimone, apud eundem Plut. in Cim. p. 484. E. ἔτι τοίνυν Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνος φησὶ τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μὲν ὡς χρῷτο, χρῆσθαι δὲ ὡς τιμῷτο.

§. 3.

De Gorgiae placitis.

De Gorgiae placitis facilius est quam de caeterorum judicium. Scripserat enim librum περὶ τοῦ μὴ ὄντος· ἢ περὶ φύσεως, quem excerpsit Sextus adversus Math. L. VII. p. 149. et *sqq.* Idem quoque Aristoteles fecit in libello περὶ Γοργίου; sed hic libellus ita confusus et corruptus e veterum naufragio evasit, ut nisi Sextum haberemus, qui nobis quoddam quasi filum traderet, ex his paradoxorum ambagibus nos vix essemus expedituri (1). Est enim haec philosophia prorsus Eleatica, et argutissimae Dialectices spinis obsita.

Itaque in Gorgiae placitis exponendis, Sextum imprimis ducem sequamur. Et Gorgias quidem suam disputationem in tria capita distribuit, quorum

Primo, ostendit, ὅτι οὐδέν ἐςι, nihil esse.

Secundo, ὅτι εἰ καί ἐςιν, ἀκατάληπτον ἀνθρώπῳ (2), quamvis aliquid sit, ab homine tamen non posse comprehendi.

Tertio, ὅτι εἰ καὶ καταληπτὸν, ἀλλὰ τοίγε ἀνέξοιςον, καὶ ἀνερμηνεύτον τῷ πέλας (3), quamvis possit comprehen-

(1) Vid. de hoc Aristotelis libello Tenn. Tom. I. p. 152. in nota.

(2) Aristoteles de Gorg. εἰ δ' ἐςιν, ἄγνωςον εἶναι.

(3) Aristoteles de Gorgia, εἰ δὲ καὶ ἐςι καὶ γνωςὸν, ἀλλ' οὐ δηλωτὸν ἄλλῳ. ubi secundum illud καὶ delendum videtur.

hendi, non tamen posse explicari, neque cum alio communicari.

I°, *Nihil esse*, sic ex absurdo, (ut ajunt Mathematici,) efficit: si quid est, *aut est quod est; aut est quod non est; aut est quod est, et quod non est.* 1°. Atqui non est, quod non est: nam si est, id quod non est, erit simul et non erit. (ἡ μὲν γὰρ,' inquit, οὐκ ὂν νοεῖται, οὐκ ἔςαι. ἡ δὲ ἔςι μὴ ὂν, πάλιν ἔςαι.) (1) quatenus enim tamquam *non* ens est, rursus erit; sed absurdum est, esse aliquid et non esse: igitur non est, quod non est. Hoc autem etiam alio modo probabat (εἰ τὸ μὴ ὂν ἔςι, τὸ ὂν οὐκ ἔςι) si non ens est, ens non est: nam haec sibi invicem opposita sunt: si illud quod non est, est, illud quod est, non erit; nequaquam autem fieri potest, ut non sit, id quod est; neque esse potest illud quod non est. (2)

2°.

(1) Captiosa profecto argumentatio, ad quam refutandam sufficiat observasse, quam habeat logicam vim negandi particula, in utroque effato.

(2) Quamquam haec per se falsa non sunt, contraria tamen sunt sequenti argumentationi, qua probatur, *non esse id quod est.* Totus hic scepticismus se ipse confodit, neque aliud est, nisi vana dialectices ostentatio, qua sibi gloriam acquirere studebat Gorgias. — Caeterum Tenneman, Gesch. der Philosophie Tom. I. p. 365. in nota, jam monuit, Sextum diversum ab Aristotele sequi ordinem in disponendis Gorgiae argumentis. Apud hunc enim, Sophistam primo loco ostendere, *non esse quod est, et quod non est.* Diversitatem horum auctorum porro in aliis locis monstrat. Nos illam mittemus. Nam cum omnia in Aristotele misere sint corrupta, potuerunt etiam argumenta ita con-

 fun-

2°. *Non est id quod est:* nam ſi est id quod est, *α. aut aeternum est, β. aut ortum, γ. aut ſimul aeternum et ortum.*

α. Si aeternum est, quodcumque est, nullum initium habuit: quidquid enim fit, aliquod initium habet. Quod autem initium non habet, est infinitum, (*ἄπειρον.*) Infinitum autem, neque in alio incluſum est: ſi enim in alio incluſum esſet, illud aliud incluſo infinito majus esſet, quod est abſurdum; neque in ſe ipſo incluſum esſe potest: ſic enim ex uno fierent duo, *includens* i. e. ſpatium et *incluſum*, i. e. corpus. Verum et hoc abſurdum est, unde ſequitur, infinitum in nullo ſpatio incluſum existere, i. e. numquam et nusquam existere (1).

β. Si

fundi, ut ordine antecedant, quae ſequi debuisſent. Neque nobis videtur Sextus ſuas opiniones Gorgiae verbis inſeruisſe, quod Tennem. ſuſpicatur, tum ex verbis (p. 151. C.) *εἰ γὰρ τὰ φρονούμενα, φησὶν ὁ Γοργίας, οὐκ ἔστιν ὄντα, τὸ ὂν οὐ φρονεῖται. καὶ κατὰ λόγον. ὥσπερ γὰρ εἰ* caet. tum ex aliis locis. Tenendum est, Sextum librum Gorgiae excerpſisſe, ipſum tamen Gorgiam disſerentem inducere; unde facile nasci poterant verba *φησὶν ὁ Γοργίας*, et illa *καὶ κατὰ λόγον*, praeſertim in novo argumento adoriendo, quod hic obtingit. Nobis quidem ad veritatem accesſisſe ſufficiat: quod enim ſoli Sexto objecit Tennemannus, idem de Aristotele ſuſpicari licet, e verbis (c. 5.) *οὐκ εἶναί φησιν οὐδέν. — τὰ μὲν ὡς Μέλισσος, τὰ δὲ ὡς Ζήνων ἐπιχειρεῖ δεικνύειν —* (c. 6.) *μετὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον φησιν*, et aliis.

(1) Aristot. de Gorgia c. 6. *εἰ μὲν ἀγέννητον, ἄπειρον αὐτὸ τοῖς τοῦ Μελίσσου ἀξιώμασι λαμβάνει. τὸ δὲ ἄπειρον, οὐκ ἂν εἶναί ποτε· οὔτε γὰρ ἐν αὑτῷ, οὔτ᾽ ἂν ἐν ἄλλῳ εἶναι· δύο γὰρ ἂν οὕτως ἢ πλείω εἶναι, τό τε ἐν ὄν, καὶ τὸ ἐν ᾧ, μηδαμοῦ δὲ ὂν οὐδὲ εἶναι, κατὰ*

τὸν

β. *Si ortum est*, alterutrum sequitur: aut ortum est ex eo quod non est, aut ex eo quod est: quorum neutrum verum esse potest. Nam id ex quo aliud originem trahit, prius ipsum existere debet; unde potest nihil ortum esse ex eo quod non est: deinde ex quocumque aliquid oritur, hoc in illo jam antea extitit, unde nihil potest oriri ex eo quod est. Igitur illud quod est, non ortum est.

γ. *Simul aeternum et ortum esse*, nihil potest. Haec enim se invicem tollunt; nam quodcumque aeternum est, non est ortum, et quidquid ortum est, non est aeternum.

Itaque concludit, *non esse id quod est.* Quod alio etiam modo efficiebat Gorgias, sic disputans.

Si est id quod est, aut unum est, aut plura. (1) Si quid est, est vel quantum, vel continuum

τὸν Ζήνωνος λόγον περὶ τῆς χώρας. In his verbis illa δύο γὰρ — μηδαμοῦ, alieno loco infusa videntur.

(1) Tennemannus I l p. 368 merito queritur de loci Aristotelici corruptela, e quo nos nihil efficere possumus, nisi aliter hoc argumentum ab Aristotele vel ipso Gorgia adhiberi, quod patet e verbis εἰ γὰρ μήτε ἕν, μήτε πολλά ἐστιν, οὐδ' ἂν κινηθῆναί φησιν· Sed nescimus, quare idem Tennemann. addat, tertium argumentum a Sexto omissum esse, *si est id quod est, simul unum esse et plura.* Hujus enim tertii argumenti ne Aristoteles quidem mentionem fecit, quod apparet tum e verbis in superiore nota allatis, tum ex his quae in eodem capite inveniuntur ἔτι εἴπερ ἐστὶν, ἓν ἢ πλείω φησίν ἐστιν, εἴτε μὴ ἕν, μήτε πολλά, οὐδὲν ἂν εἴη. Et ex hoc quidem Aristotelis Sextique consensu, apparet ipsum Gorgiam tale argumentum, tanquam plane supervacaneum, omisisse.

nuum, vel magnitudo, vel corpus, *ἤτοι ποσόν ἐςιν, ἢ συνεχές ἐςιν, ἢ μεγεθός ἐςιν ἢ σῶμά ἐςιν.*) quorum nihil unum est. *Quantum* enim dividetur; *continuum* secabitur; *magnitudo* dividetur; *corpus* triplex erit, quippe constans longitudine, latitudine, profunditate. Ergo id quod est, non est unum. — Neque est multa: multa enim unorum compositione efficiuntur. Atqui demonstratum est, si quid est, non esse unum: ergo ne multa etiam est. Itaque concluditur, *non esse id quod est.*

3°. Fieri nequit ut *sit*, *quod est*, *et quod non est.* Nam si hoc contingeret, illud quod est, quoad ipsum *esse*, idem esset atque illud quod non est. Esset igitur nihil id quod est. Unde sequitur haec duo simul contingere non posse.

Itaque *non est quod est*; neque *est quod non est*: neque *est quod simul est et non est*: igitur nihil est.

II°. *Quamvis aliquid sit*, *ab homine tamen non posse comprehendi*, sic probabat.

Si hoc, *quod cogitamus*, *illud est quod non est*, *non cogitamus id quod est.* Hoc duplici firmabat ratione. Nam si hoc quod cogitamus illud est quod est, sequitur omnia a nobis cogitata revera *esse*: et reapse volaret homo, si nobis hominem volantem animo fingeremus: currus mari veheretur, si currum mari invectum nostrae menti repraesentaremus. Hinc sequitur, ea quae sunt, a nobis non cogitari. — Sed acutius etiam idem sic concludebat. Si cogitantur ea quae sunt, non cogitantur ea quae non sunt (1); sed multa

(1) Arist. de Gorgia c. 6. *δεῖ γὰρ τὰ Φρονούμενα εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὂν, εἴπερ μή ἐςι, μηδὲ Φρονεῖσθαι.*

ta cogitantur, quae revera non existunt: ergo quae revera sunt, non cogitantur. — Praeterea cum suum sit unicuique sensui proprium de rebus κριτηρίον, neque oculi rejiciunt, quae auribus audibilia sunt; neque aures quae oculis spectabilia sunt, et sic porro (1), habet etiam cogitatio proprium de rebus cogitatis judicium. Si quis igitur cogitavit hominem volantem, hoc revera fieri putavit, quamvis hominem volantem oculis non viderit. At hoc absurdum est.

III°. *Etsi aliquid sit, et ab homine comprehendi possit, explicari tamen non posse, neque cum alio quoquam communicari:* hoc sic evincebat. Si ea quae sunt, sunt spectabilia, et audibilia, et communiter sensibus subjecta, quaecumque extrinsecus sunt: et spectabilia non nisi oculis, audibilia non nisi auribus comprehendi possunt, sequitur ea cum alio communicari non posse. Oratione quidem id facere dicimur; oratio vero diversa est ab ipsis objectis: non ergo ipsas res, sed orationem alteri significamus: sicut id quod spectatur audiri nequit, nec contra; ita id quod est extrinsecus objectum, nostra oratio evadere non potest. Itaque cum oratio non sit, alteri significari nequit. Nascitur autem sermo ex eis quae extrinsecus sensus nostros afficiunt: ex chyli enim in-

εἰ δ' οὕτως οὐδὲν ἂν εἶναι ψεῦδος, οὐδεὶς Φησιν, οὐδ' εἰ ἐν τῷ πελάγει Φαίη ἁμιλλᾶσθαι ἅρματα. Postrema verba sic restituenda videntur: εἰ δὲ μὴ οὕτως, οὐδὲν ἂν εἶναι ψεῦδός, Φησιν (sc. Gorgias), οὐδ' εἰ κ. τ. λ.

(2) Arist. ibid. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ ἡ ὄψις τοὺς Φθόγγους γιγνώσκει, οὕτως οὐδὲ ἡ ἀκοὴ τὰ χρώματα ἀκούει, ἀλλὰ Φθόγγους. καὶ λέγει ὁ λέγων, ἀλλ' οὐ χρῶμα οὐδὲ πρᾶγμα. Punctum illud minus post Φθόγγους et καὶ delenda videntur.

incursione nascitur nobis de ea qualitate sermo, et ex coloris occursione sermo de colore. Quae cum ita sint, sermo non affert ea quae extrinsecus sunt, sed ea quae extrinsecus sunt orationem nostram informant. — Sermo autem non est objectum eodem modo, quo ea quae spectantur et audiuntur: itaque non possunt ex eo subjecta significari. Quamquam enim subjecta est oratio, a reliquis tamen subjectis longissime differt. Multa ergo e subjectis oratione indicari nequeunt, sicut neque caetera subjecta mutuam inter se naturam significant.

In fine libelli Aristotelici haec leguntur (1), *οὕτως οὐκ ἔςιν, ἓν ἐςι γνωςὸν, οὐδεὶς ἂν αὐτὸ ἑτέρῳ δηλώσειεν, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰ πράγματα λεκτὰ, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἕτερον ἑτέρῳ ταὐτὸ ἐννοεῖ.* Duplex igitur afferebat argumentum Gorgias ad probandum, *nihil cum altero communicari posse.* Primum illud *διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰ πράγματα λεκτὰ* supra exposuimus. Alterum *ὅτι οὐδεὶς ἑτέρῳ ταὐτὸ ἐννοεῖ* a Sexto omissum est: quod eo magis mirandum, cum hujus sententiae probatio requiri videatur, ad totam hanc doctrinam absolvendam. Et meminit ejus Aristoteles, in saepius laudati libelli fine. Cujus locum totum afferre operae pretium ducimus, tam ut inde duas maculas abstergamus, quam ut pateat, ejus sensum

(1) Priora verba misere corrupta, sic restituenda putem: *οὕτως οὐκ ἔςιν οὐδέν· εἰ δ' ἔςιν, ἄγνωςον· εἰ δὲ γνωςὸν, οὐδεὶς ἂν αὐτὸ ἑτέρῳ δηλώσειεν.* Sic enim concluduntur, quae in libelli principio demonstranda erant proposita.

ſum non esſe adeo obscurum et abſtruſum, ut non niſi conjectando eum asſequi posſimus. Id fere affirmat Tennem. l. l. p. 373. qui nihilominus ſenſum probabiliter elicuit. Est autem hic: ἀλλὰ πῶς ὁ ἀκούων τὸ αὐτὸ ἐννοήσει; οὐ γὰρ οἷόντε τὸ αὐτὸ ἅμα ἐν πλείοσι καὶ χωρὶς οὖσιν εἶναι. δύο γὰρ ἂν εἴη τὸ ἕν. εἰ δὲ καὶ εἴη, Φησὶν, ἐν πλείοσι καὶ ταὐτὸν, οὐδὲν κωλύει μὴ ὅμοιον Φαίνεσθαι αὐτοῖς, μὴ πάντῃ ὁμοίοις ἐκείνοις οὖσιν, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ (1) εἰ τι ἐν τοιούτου εἴησαν, ἀλλ' οὐ δύο εἶεν. Φαίνεται δὲ οὐδ' αὐτὸς αὑτῷ ὅμοια αἰσθανόμενος ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ἀλλ' ἕτερα τῇ ἀκοῇ καὶ τῇ ὄψει, καὶ νῦν τε καὶ πάλιν διαφόρως, ὥςε σχολὴν ἄλλο πᾶν ταὐτὸ αἴσθοιτό τις (2). „ Sed quomodo „ ille qui audit, (alterum ei id quod est, signi„ ficare conantem) idem cogitabit? non enim „ potest idem ſimul in pluribus et ſeparatim exis„ tere. Sic enim unum fieret duo; quodſi vel „ idem, inquit, ſit in pluribus, nulla cauſa „ est, quare idem illis appareat, quum ne ipſi „ quidem ſint pares, neque in eisdem rebus ver„ ſentur. Nam ſi in eisdem rebus verſarentur, „ unus, non vero duo esſent. Sed ne homo „ quidem, in eodem temporis momento, ſimilia „ ſenſibus comprehendit, et eousque parum „ cum viſu tum auditu ſibi conſtat, ut (de eisdem-

(1) Fortasſe legendum, εἰ γὰρ ἐν ταὐτῷ ἦσαν, εἷς ἀλλ' οὐ δύο εἶεν. Tale quid in verſione nostra expresſimus, idque omnino requiri nobis videtur ob praecedentia καὶ ἐν τῷ αὐτῷ.

(2) Legendum videtur ὥςε σχολῇ ἂν τὸ πᾶν ταὐτὸ αἴσθοιτό τις.

„ dem rebus) nunc et olim diverſa judicet,
„ Itaque vix omnino idem quis ſentit."

Affirmat Sextus adv. Mathem. L VIII. p. 341. D. Sophistas negare *aliquam alicujus esſe cauſam.* Hoc inde ſequebatur, quod motum mutationis et tranſitus (τὴν μεταβλητικὴν καὶ μεταβατικὴν κίνησιν) tollebant. Id autem ſic fere faciebant.

Si quid movetur, aut a ſe ipſo movetur, aut ab alio. (1)

1°. *Ab alio nihil moveri potest:* nam quodcumque movetur, per cauſam aliquam movetur (2.

S-

(1) Invenitur haec disputatio apud Sextum Pyrrh. Hyp. L. III. c. 8., ubi Sophistarum esſe, quae profertur ſcepſis, inde credimus, quod illa verba, (adv. Math. VIII. p. 341.) περὶ μὲν τῆς τοῦ αἰτίου κινήσεως ἐν ἄλλοις ἀκριβέστερον διελεχθῆμεν, respicere videntur ad hoc caput octavum, quod est περὶ τῆς μεταβατικῆς κινήσεως. Caeterum ex Eleaticis quidem imprimis Zeno motum negabat, ſed aliam ad eum invertendum inibat viam, de qua vid. docte et accurate disputantem Tennemannium T. I. p. 196. *ſq.* Et hanc, quam nos e Sexto petivimus, disputationem, eo magis a Gorgia profectam esſe nobis perſuademus, quod idem ſcepſeos genus refert, cujus ſpecimen ſupra vidimus. Tum etiam haec conjectura firmatur verbis, quae Sextus in hujus capitis initio ponit: ὁ μὲν γὰρ Βίας καὶ τινες τῶν Φιλοσόφων, εἶναι κίνησιν ὑπολαμβάνουσιν· μὴ εἶναι δὲ Παρμενίδης τε καὶ Μέλισσος καὶ ἄλλοι τινές; illud enim ἄλλοι τινες Sophistas respicere videtur.

(2) Sextus, l. l. p. 124. C εἰ κινεῖταί τι, ἤτοι ὑφ᾽ αὐτοῦ (lege ἑαυτοῦ) κινεῖται, ἢ ὑφ᾽ ἑτέρου· ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὑφ᾽ ἑτέρου. τὸ γαρ λεγόμενον, ὑφ ἑαυτοῦ κινεῖσθαι, ἤτοι ἀναιτίως κινηθήσεται, ἢ κατά τινα αἰτίαν. Vulgo post ὑφ᾽ ἑτέρου quaedam excidisſe creduntur.

Nos

Sine caussa enim moveri posse negant Dogmatici. Itaque caussa, per quam aliquid movetur, ejus motiva (*κινητική*) est. Sed haec ratio fine caret: nam si quidem quod movet efficit, et id quod efficit movetur, hoc etiam caussa movente indiget; secundum autem tertio et sic porro, adeo ut motui principium desit.

2°. *A se ipso nihil movetur:* quodcumque enim movet, movet vel protrudendo, vel post se trahendo, vel sursum elevando, vel deorsum premendo. Si quid igitur se ipsum movet, vel post se ipsum positum est, ut protrudat, vel ante se ipsum ut attrahat, vel infra se ipsum ut elevet, vel supra se ipsum ut deorsum premat. Atqui haec omnia fieri nequeunt, ideoque nihil a se ipso movetur.

Cum autem nihil neque ab alio, neque a se ipso moveri posse constet, sequitur nihil omnino moveri, omnemque motum esse sublatum.

De virtute quae Gorgiae fuerit sententia, propemodum effici potest e Platonis *Menone:* ubi quamvis non ipse Gorgias loquatur, Platonis tamen consilium fuisse videtur, ut Gorgiae de virtute sententiam proderet. Nam p. 12. F. haec Menoni ait Socrates: *σὺ δὲ αὐτὸς, ὦ, πρὸς θεῶν, Μένων, τί φὴς ἀρετὴν εἶναι; εἰπὸν, καὶ μὴ φθονήσῃς. ἵνα εὐτυχέστατον ψεῦσμα ἐψευσμένος ὦ, ἂν φανῇς σὺ μὲν εἰδὼς καὶ Γοργίας. κ. τ. λ.*

ef.

Nos quidem, quid excidere potuerit non videmus. Sed ipsa verba *τὸ γὰρ λεγόμενον ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κινεῖσθαι* sensum turbant, quem male etiam reddidit interpres Sexti; nos illa in nostro excerpto omisimus.

cf. p. 13. F. Et hujus quidem dialogi hic est finis, ut ostendatur, in eo errare Sophistas, quod de quibusvis rebus disputationem instituerent, quarum tamen non satis accuratam, nedum omnibus numeris absolutam definitionem posuissent; unde sequeretur, ut de rerum particulis obiter et copiose loquerentur, numquam vero earum originem et fundamenta indagarent. Itaque Socrate Menonem interrogante, quid sit virtus, hic nil nisi aliquot virtutum species enumerat: sic p. 12. F. ἀλλ᾽ οὐ χαλεπὸν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν, πρῶτον μὲν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετὴν, ῥᾴδιον· ὅτι αὕτη ἐςὶν ἀνδρὸς ἀρετὴ, ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττοντα, τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς· καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν. εἰ δὲ βούλει, γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπὸν διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτὴν τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖν, σώζουσάν τε τὰ ἔνδον, καὶ κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ ἄλλη ἐςὶ παιδὸς ἀρετὴ, καὶ θηλείας, καὶ ἄῤῥενος, καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρός. εἰ μὲν βούλει, ἐλευθέρου· εἰ δὲ βούλει, δούλου. καὶ ἄλλαι πάμπολλαι ἀρεταί εἰσι· ὥςε οὐκ ἀπορία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι, ὅ, τι ἐςί. καθ᾽ ἑκάςην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν, πρὸς ἕκαςον ἔργον ἑκάςῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐςι. ὡσαύτως δὲ, οἶμαι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἡ κακία. — Sed admonitus a Socrate Meno, ut generalem tandem virtutis definitionem daret, τὶ ἄλλό γε, inquit, ἢ ἄρχειν οἷόν τ᾽ εἶναι τῶν ἀνθρώπων; εἴπερ ἕν γέ τι ζητεῖς κατὰ πάντων (1). Cum iterum Socrates demonstravisset, hanc quoque virtutis tantum esse speciem, tandem Meno: δοκεῖ τοίνυν, ὦ Σώκρατες, in-

(1) Ibid. p. 13. F.

inquit, ἀρετὴ εἶναι, καθάπερ ὁ ποιητὴς λέγει, χαίρειν τε καλοῖσι καὶ δύνασθαι. καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω ἀρετὴν, ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν, δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι (1). Denique hac quoque tertia definitione explofa, reliquum disputationis curfum ita Socrates et Meno una abfolvunt, ut in illam quaestionem incidant „*posfitne virtus doceri nec ne.*" ubi cum Anytus quidam, nunc demum disputationi interveniens, vehementer invehitur in Sophistas, virtutem fefe docturos pollicentes, ne haec quidem proprie conficitur, quamvis Socrates in eam fententiam disputet, ut virtutem doceri non posfe affirmet. Sed dubitabat Meno, feque mirari Gorgiam ajebat, quod hic numquam istam virtutis doctrinam prae fe ferret; ἀλλὰ, inquit, καὶ τῶν ἄλλων καταγελᾷ, ὅταν ἀκούσῃ ὑπισχνουμένων. ἀλλὰ λέγειν οἴεται δεῖν ποιεῖν δεινούς (2).

Est omnino in toto hoc dialogo quidam veritatis color, et profecto nescimus, an nullus fit alius dialogus Platonicus, in quo Sophistarum placita meliori cum fide expofita fint. Nulla in eo invenitur jocorum acerbitas, quae legentis animum incertum teneat, fcripferitne Plato ex animi fententia nec ne. Itaque notanda imprimis sunt postremo loco a nobis allata verba, quippe Gorgiae et complurium Sophistarum rationem prodentia atque explicantia. Ille enim omnem fuam fcientiam, omne ingenium fuum ad unam Rhetoricam referebat, in hac habitabat, hac unice delectabatur. Itaque nunc videamus:

§. 4.

(1) Ibid p. 15. B.
(2) Ibid. p 21. F.

§. 4.

De Gorgiae dicendi modo.

Videtur Gorgias e conjunctis Eleaticorum ac Siculorum ſtudiis ſibi proprium quoddam genus ſtudii effinxiſſe, i. e. Rhetoricam, quae omnem materiam vel phyſicam, vel moralem, vel judiciariam, vel denique ad artes ſcientiasque pertinentem, ſibi ſubjectam haberet. Fieri autem aliter vix poterat, quin quo magis orationi excolendae tribueret, eo minus perſcrutandis rerum elementis incumberet. Ratio igitur ejus philoſophica ſalebroſa jam et obſcura, quippe ab Eleaticis orta, ideo a recta via magis etiam deflectebat, quod ejus Rhetoricae non niſi materiam praebebat, in qua haec ſe exerceret, quamque orationis coloribus ornaret. Quaenam autem fuerit Gorgiae ratio ante ejus in Graeciam profectionem, quidve deinde in illa mutaverit, liquide exponi nequit. Sed nobis quidem probabiliter conjectari poſſe videtur, philoſophica ejus opera in Sicilia fuiſſe conſcripta; cum Athenis, propter exquiſitum dicendi genus, ſummo populi applauſu exceptum, eloquentiae ſtudium deinceps excoluiſſe, aliisque tradidiſſe: atque hinc intelligi poteſt, quare in eo a caeteris Sophiſtis differret, quod nullam virtutis ſcientiam traderet, ſed alios etiam id facientes contemneret. Verum de his mox diſputabimus.

Dolendum eſt, omnes ejus orationes, quae quidem in graviori argumento verſarentur, intercidiſſe. Nam quae ejus feruntur μελεταὶ, ejusmodi ſunt, quales Sophiſtae aut propriae exerci-

ta-

tationis causâ conscribere solebant, (1) aut discipulis recitare, ut discerent quinam essent in quovis argumento captando loci communes, quid de quavis re in utramque partem disputari posset. — Harum autem exercitationum breviter argumenta recensebimus, non quod ipsas a lectoribus nostris ignorari existimamus, sed quo melius earum ratio percipiatur.

Palamedis Apologia. Duo maxime Palamedes probare conatur: proditionis crimen se perpetrare non potuisse: et si vel potuisset, tamen non voluisse. „ *Nam quomodo potuisset?* Debuerat enim sermonem conserere cum inimico: per nuncium? id nemo viderat. Coram? at Graecum barbarus non intellexisset. Per interpretem? periculosum negotium, cum tertius adsciscendus fuisset proditionis particeps. — Deinde jurejurando-

(1) Hujus quidem generis procul dubio est Laudatio Helenae, cujus hic est finis: ἐβουλήθην γράψαι τὸν λόγον, Ἑλένης μὲν ἐγκώμιον, ἐμὸν δὲ παίγνιον. — Caeterum Reiskius in praefatione ad Oratorum Edit. Vol. VIII. haec habet: „ Ipsis de „ Oratoribus vel potius Sophistis, hoc volumine „ comprehensis, quid praedicem non habeo, se„ cundum illa a me suis locis de quoque praedi„ cata, nisi hoc unum, ut Gorgiae Leontini ma„ nibus grates referam ejus oblectationis, quam „ mirificam ex ejus defensione Palamedis percepi. „ Meretur hoc opusculum, mea quidem sententia, „ non tam vetustate, quamquam est vetustissi„ mum, quam crebritate, et vi telorum quae „ spargit, ut in Archetypis eloquentiae Graecae „ forensis habeatur." Nos vero, sive has Orationes non intellexerimus, sive omni venusti pulcrique sensu careamus, hujus certe admirationis participes non sumus.

do? fides danda erat? at quae fides in proditore? Obsides dandi? quomodo in castris Graecorum latuissent? Sed mercede a barbaris corruptus erat; num parva? at quis ob parvam mercedem maximo periculo caput suum objiciat? Num magna? sed nusquam eas divitias abscondere potuisset. etc.

At si vel potuisset, non voluisset. Non poterat enim velle ad regnum adipiscendum, aut ad divitias colligendas — neque ad honores consequendos, — neque tuta est sed precaria conditio proditoris. — Non poterat velle, ut prodesset amicis: nam iis obfuisset; — neque ut periculum vel malum aufugeret. — Sed si perpetrasset, vita ei ne vitalis quidem fuisset.

Deinde convertit se reus ad accusatorem, quem ostendit, non potuisse se accusare re comperta, neque conjectura inductum. Tum objicit ei, quod absurde eumdem hominem versutiae ac furoris accusaverat: judices iterum alloquitur, defenditque se commemoratione meritorum suorum in universos Graecos, inventis, beneficiis, ceteris. Denique admonet judices, ne injusta condemnatione sibi ipsi opprobrium contrahant.

Helenae laudationem quamquam propter summam sententiarum brevitatem, difficile est intra arctiores terminos contrahere, argumenti tamen summam dabimus.

Promittit orator, se Helenae memoriam esse vindicaturum: esse enim indignum facinus, laudare quae culpari, culpare quae laudari debeant. — Erat Helena genere ac pulchritudine nobilis: itaque multi e principibus Graecorum ejus matrimonium petiverant.

Caetera orator veluti pervulgata transit.

Pro-

Profecta autem est Helena Trojam vel fati voluntate, vel Deorum jussu, vel necessitatis decreto, vel vi rapta, vel persuasione commota, vel amore capta. Si primum accidit, non accusanda est Helena, quae vel invita facere debuisset quodcumque fato Deisve multo homines sapientia ac potentia antecellentibus, facere eam placuisset. Si vi rapta est, fugae culpam praestare eam non oportebat: si persuasione commota, tamem quodammodo coacta fuit.

Orator in laudem sermonis humani digreditur, eloquentiaeque vim ac suadelae suavitatem et illecebras fuse Sophisticeque demonstrat. Si denique amore capta est Helena, miseranda potius quam contemnenda est. Etenim Amor est Deus, omnium deorum fortissimus, a quo mortalium animi vinciuntur, in errorem inducuntur, abripiuntur. Itaque cum nulla ex parte Helena culpae obnoxia sit, sequitur ejus nomen ab omni infamia integrum esse servandum, atque vindicandum.

Quis ex his excerptis non sponte videat, hanc potius dialecticam esse loquacitatem, interdum luminibus illustratam, quam veram eloquentiam. Et in Helenae quidem laudatione, videaris tibi audire Sophistam cuncta moventem, ut contra veram animi sui sententiam argumentetur, ostendatque quaenam sit vel in desperatissimis rebus sermonis vis et efficacia. Neque dissimulamus nostram suspicionem, eadem etiam oratione, ut ita dicamus, disputatrice usum esse Gorgiam, ubi de gravioribus rebus vel publice vel privatim esset loquendum. Nam Palamedes quidem coram judicibus, principibus Graecorum, proditionis reus, caussam suam ipse defendens, cum ea Ora-

tione uti debuisset, quae admirationem, stuporem, benevolentiam, misericordiam denique justitiamque judicum, accusatoris dolo consopitos, esset excitatura, ille igitur Palamedes de sua potentia dialectice, de voluntate frigide disputat: et quovis enthymematum ac dilemmatum genere adhibito, innocentem se esse probat, adeo ut excusandi essent judices, quibus talia audientibus somnus obreperet. Non eo tamen haec dicimus, ut nihil omnino boni in his scriptionibus inesse arbitremur. Immo sunt in illis sententiae, quae tum ob accuratam antithesium convenientiam, earumque aequatam longitudinem, tum ob alia Rhetorica *σχήματα* auribus quodammodo blandiantur. Sed obest ipse sibi Gorgias nimis frequenti horum ornamentorum usu: et profecto verum videtur judicium Diodori Siculi qui L. XII. p 513. *τῷ ξενίζοντι*, inquit, *τῆς λέξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους, ὄντας εὐφυεῖς καὶ φιλολόγους. πρῶτος γὰρ ἐχρήσατο τῆς λέξεως σχηματίσμοις περιττοτέροις, καὶ τῇ φιλοτεχνίᾳ διαφέρουσιν ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκώλοις καὶ παρίσοις, καὶ ὁμοτελεύτοις, καί τισιν ἑτέροις τοιούτοις, ἃ τότε μὲν διὰ τὸ ξένον τῆς κατασκευῆς ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο, νῦν δὲ περιεργίαν ἔχειν δοκεῖ, καὶ φαίνεται καταγέλαστον, πλεονάκις καὶ κατακόρως τιθέμενον.* (1) Convenit hoc Diodori judicium cum Dionysii Halic. judicio, qui iniquior fortasse est, cum nil nisi vitia in Gorgiae oratione videat, sed eo magis tamen sequendus videtur, quod unus e veteribus criticis,

(1) Cic. Orat. c. 52. Gorgias autem avidior est generis ejus, et his festivitatibus insolentius abutitur. Cf. ibid. c. 49.

cis, plurima de Gorgiae dictione tradiderit, quodque in ipsis hujus reliquiis, eadem fere vitia reperiantur, in quae Dionysius animadvertit. Illa autem vitia in quinque capita distribui possunt.

1°. Cum ipse Gorgias scripserit περὶ τῶν ἀνομοίων καὶ τῶν ὁμογενῶν ὀνομάτων, sed teste Dionysio (pag. 11. vs. 10.) nihil mentione dignum retulerit, sequitur illum horum ornamentorum rectum usum ignoravisse: in paucis sane paginis, quibus ejus duae μελεταὶ continentur, dictionem suam indesinenter his calamistris inurit; veluti in Apolog. Pal. p. 189. 13. ἐτιμώμην γὰρ ἐντιμοτάτοις ὑπὸ τῶν ἐντιμοτάτων. Ibid. p. 189. 30. δίκην δώσοντα τοῖς ἠδικημένοις p. 189. 35. οἵτινες ἀπιστότατον ἔργον συνηπίσαντό μοι πεποιηκότι. p. 190. 30. κατηγορημένου μὲν οὐκ ἀνεκτὰ, κατηγορουμένου δὲ οὐ προσήκοντα. — et alibi συνέσε γὰρ μοι, διὸ συνίσε ταῦτα. Enc. Helenae: ἴση γὰρ ἁμαρτία, καὶ ἀμαθία, μέμφεσθαί τε τὰ ἐπαινετὰ, καὶ ἐπαινεῖν τὰ μωμητὰ. — λέξαι τε τὸ δέον ὄρθως, καὶ ἐλέγξαι τοὺς μεμφομένους κ. τ. λ. — ὃ (κάλλος) λαβοῦσα καὶ οὐ λαθοῦσα ἔσχε. — περὶ ἧς ὁμόψηφος καὶ ὁμόφωνος ἥ τε τοῦ ὀνόματος φήμη τῶν συμφορῶν μνήμη γέγονεν. — αἵ εἰσι ψυχῆς ἁμαρτήματα καὶ δόξης ἀπατήματα.

2°. Praeter ἀντιθέτα, ἰσωκόλα, παρίσα, ὁμοτελεύτα, quorum inventio e a Diodoro Sic. tribuitur, alia memorat Suidas, sic scribens: οὗτος τῷ ῥητορικῷ εἴδει τῆς παιδείας δυναμίν τε φρασικὴν, καὶ τέχνην ἔδωκε. τροπαῖς τε καὶ μεταφοραῖς, καὶ ἀλληγορίαις, καὶ ὑπαλλαγαῖς, καὶ καταχρήσεσι, καὶ ὑπερβάσεσι, καὶ ἀναδιπλώσεσι, καὶ ἐπαναλήψεσι, καὶ ἀποστροφαῖς, καὶ παρισώσεσιν ἐχρήσατο. cf. Eudocia p. 100. et

 Dion.

Dion. Hal. p. 133. 30. et p. 136. 40. qui illis addit παρομοιώσεις (1) et παρονομασίας, hasque et caeteram Gorgiae ſupellectilem vocat μειρακιώδεις σχηματισμούς. — Difficile et operoſum ſit hanc figurarum ſtruem in certum ordinem redigere, nedum illas exemplis e Gorgia petitis illustrare. Itaque aliquot ejus ſententias dabimus, e quibus facta ejus elaborataque dictio percipiatur. *Apol. Pal.* p. 189. 16. τὸν μέν γε νόμον παραβαίνει, τὴν δίκην καταλύει, τὸ δὲ πλῆθος διαφθείρει, τὸ δὲ θεῖον ἀτιμάζει Ibid. 36. χρήματα μὲν γὰρ ἀποβαλόντα, τυραννίδος ἐκπεσόντα, ἢ τὴν πατρίδα φυγόντα — p. 191. 8. ὅςις τὸν αὐτὸν λόγον λέγων πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας περὶ τῶν αὐτῶν ἐναντιώτατα λέγει. — p. 199. 18. ὑμᾶς δὲ χρὴ μὴ τοῖς λόγοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις προσέχειν τὸν νοῦν, μηδὲ τὰς αἰτίας τῶν ἐλέγχων προκρίνειν, μηδὲ τὸν ὀλίγον χρόνον τοῦ πόλλου σοφώτερον ἡγεῖσθαι κριτὴν, μηδὲ τὴν διαβολὴν τῆς πείρας πιςοτέραν νομίζειν. — Ibid. vs. 19. ὁ (θάνατος) μὲν γὰρ τοῦ βίου τέλος. ἡ (δόξα αἰσχρὰ) δὲ τῷ βίῳ νόσος. In Helenae encomio: ἄξιος ὁ μὲν ἐπιχειρήσας βάρβαρος βάρβαρον ἐπιχείρημα καὶ νόμῳ, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, νόμῳ μὲν ἀτιμίας, λόγῳ δ' αἰτίας, ἔργῳ δὲ ζημίας τυχεῖν. — πόλλα δὲ πόλλοις πόλλων ἔρωτα — ἐνεργάζεται. — εἰ μὲν θεὸς θεῶν θείαν δύναμιν κρατεῖ. — ὅσοι δὲ ὅσους πε-

(1) Egregia ſunt quae disputat de figura Rhetorica παρομοιώσι dicta, Demetrius *de Eloc.* c. 29. ſq. ubi ait, eleganter a Gorgia et Iſocrate ſaepe hanc figuram fuiſſe uſurpatam; quamvis omnino cavendum ſit, ne ſtudium appareat. Cf. Aquila Rom. p. 165. Edit. Ruhnk.

περὶ ὅσων ἔπειςαν. — εἰ δὲ ἐςιν ἀνθρωπίνον νόσημα καὶ ψυχῆς ἀγνόημα, οὐχ ὡς ἁμάρτημα μεμπτέον, ἀλλ' ὡς ἀτύχημα νομιςέον. Denique (nam lectorum fastidio parcendum est) εἰ μὲν γὰρ πάντες περὶ πάντων εἶχον τῶν παροιχομένων μνήμην, τῶν τε παρόντων (supplendum videtur σκέψιν) τῶν τε μελλόντων πρόνοιαν, οὐκ ἂν ὁμοίως ὅμοιος ὢν ὁ λόγος ἦ τανῦν γε, οὔτε μνησθῆναι τὸ παροιχόμενον, οὔτε σκέψασθαι τὸ παρὸν, οὔτε μαντεύσασθαι τὸ μέλλον, εὐπόρως εἶχεν. κ. τ. λ.

3°. Magnificentiam quamdam sectabatur Gorgias, cui tamen officiebat ejus vocabulorum pulchrorum et poëticorum studium, quorum caeterique ornatus abundantia tumebat magis, quam in sublime se attollebat. Eleganter quidem Socrates apud Xenophontem in Symp. p. 878. D poëticam Gorgiae orationem perstringit: ἦν δὲ ἡμῖν, inquit, οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, ἵνα ἐγὼ ἐν Γοργείοις ῥήμασιν εἴπω κ. τ. λ. Philostr. p. 492. περιεβάλετο δὲ καὶ ποιητικὰ ὀνόματα ὑπὲρ κόσμου καὶ σεμνότητος. In caeteris Philostratus Gorgiacae dictionis magnificentiam describens, ipse ampullas projicit. Sapientius Dionysius Hal. p. 165. vs. 42. εἰς δὲ τὸ καταλήξασθαι τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων σεμνότητά τε καὶ μεγαληγορίαν περιθεῖναι τοῖς πράγμασι, τὴν ἐπίθετον καὶ κατεσκευασμένην φράσιν, τῶν περὶ Γοργίαν ἐκμέμακεν· — τὰ γὰρ ἀντίθετά τε καὶ πάρισα, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, οὔτε μετριάζοντα οὔτε καιρῷ γινόμενα, καταισχύνει τὴν μεγαλοπρέπειαν. et p. 111. vs. 27. de eadem re disputans, Gorgiam vocat ἐκπίπτοντα τοῦ μετρίου, καὶ πανταχοῦ παιδαριώδη γιγνόμενον. Denique non licet omitte-

tere ejusdem Dionyſii verba (p. 82.) quibus Lyſiae ſimplicitatem laudat: ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς· τοῖς τε προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι τοῖς ὅλοις, ἐξηλάττον ἰδιώτην καὶ κατέφευγον εἰς ποιητικὴν φράσιν μεταβολαῖς τε πολλαῖς χρώμενοι, καὶ ὑπερβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττηματικῶν καὶ ξένων χρήσει, καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ διαλλαγῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην· δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν, καὶ οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος. Et hujus quidem tumoris exempla nos in Gorgiae reliquiis non deprehendimus, neque ſane earum orationum ratio ac tenuitas dithyrambicam admittebat dictionem; niſi forte eo trahenda ſint, quae ſcripſit in Apol. Pal. p. 189. vs. 28. σκέψασθε δὲ καὶ τόδε, πῶς οὐκ ἂν ἀβίωτος ἦν ὁ βίος μοι πράξαντι ταῦτα· ποῖ γάρ τραπέσθαι μ' ἐχρῆν; πότερον εἰς τὴν Ἑλλάδα δίκην δώσοντα τοῖς ἠδικημένοις; τίς δ' ἂν ἀπείχετό μου τῶν κακῶς πεπονθότων; ἀλλὰ μένειν ἐν τοῖς βαρβάροις παραμελήσαντι πάντων τῶν μεγίστων ἐστερημένῳ τῆς καλλίστης τιμῆς, ἐν αἰσχίστῃ δυσκλείᾳ διάγοντα, τοὺς ἐν τῷ παροιχομένῳ βίῳ πόνους ἐπ' ἀρετῇ πεπονημένους ἀποῤῥίψαντα; magnificentiora quidem pro cetero orationis colore habituque; at, ſive dicas, hoc interrogandi genus in natura esſe poſitum, ſive putes, quicumque illud e poëtis oratoribusque adhibuerint, imitatos esſe Gorgiam, habet profecto magnam

vim

vim, praesertim si tempore ac prudenter orationi inseratur, ad auditores commovendos.

Caeterum cum Dionysio consentit Arist. Rhet. III. c. 1. ἐπεὶ δὲ οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσεσθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου. Quamvis hujus poëticae dictionis origo, e qua Aristoteles eam ortam esse perhibet, nobis quidem dubitationem habere videatur. Recte vero ibidem c. 3. fine, Aristoteles illud poëticae dictionis frigus et obscuritatem improbat, quae oriuntur e metaphoris improprie adhibitis, vel longe nimis petitis: ἀσαφεῖς δὲ, inquit, ἂν πόῤῥωθεν· οἷον Γοργίας χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα. σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθερίσας.

Ad hanc autem magnificentiam pertinebat quoque exordii genus, quod orationibus suis praemittebat; nimirum tale quid, quod non quidem cum argumento apte cohaereret, sed haberet eloquentiae commendationem (1). Hujusmodi est quod affert prooëmium Olympiacae Gorgiae Orationis Aristoteles Rhet. III. c. 14. ὑπὸ πολλῶν ἄξιοι θαυμάζεσθαι, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες.

4°. Videtur quidem Gorgias vocabulorum periodos nimis apte conjunxisse, adeo ut inde existeret longior periodorum series, quae tum sonorum similitudine, tum quadam proportione atque ordine, aut nauseam faceret auditoribus aut illud etiam haberet incommodi, quod hi ἐκφωνοῦσι τὰ τέλη τῶν περιόδων προειδότες καὶ προαναβο-

(1) Comparat Aristot. ibid. illa prooëmia tibicinum prolusionibus, qui ὅ, τι ἂν ἔχωσι αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλήσαντες, συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ.

βοῶσι, periodorum claufulas praevidentes, oratorem antevertunt, illas alta voce divinantes, Vid. Demetr. *de Eloc.* cap. 15. Huc pertinent illa in Gorgiae Orat. funebri: σεμνοὶ μὲν εἰς τοὺς θεοὺς δικαίῳ, ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ, δικαῖοι πρὸς τοὺς ἀςοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίςει.

5°. Ex horum autem vitiorum conjunctione existebat frigus, quod fentiri melius quam discribi poterat; hujusmodi est Thucydidis locus l. II. c. 62. ubi Periclis in concione haec funt verba: ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε (καὶ ἀμύνεσθαι) μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. φρόνημα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίνεται. καταφρόνησις δὲ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιςεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν ὃ ἡμῖν ὑπάρχει. καὶ τὴν τόλμαν ἀπὸ τῆς ὁμοίας τύχης ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυροτέραν παρέχεται· ἐλπίδι τε ἧσσον πιςεύει ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχὺς. γνώμῃ δὲ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια. Excitavimus hunc locum propterea quod pertinet ad Dionyfii Hal. judicium de Gorgia, qui p. 159. vs. 14. cum istis Thucydidis verbis frigus et Heracliteas tenebras objiciat (1): τά τε γὰρ φρονήματα, inquit, ψυχρότερα ἐςὶ καὶ τῆς Γοργίου προαιρέσεως μᾶλλον οἰκειότερα, ἥ τε τῶν ὀνομάτων ἐξήγησις ἀμφοτέρων σοφιςικὴ καὶ ἀπειρόκαλος. Et hujus quidem frigoris in Gorgiae reliquiis qui documenta quaerit, is profecto utramque ejus orationem totam, Hyperborea glacie frigidiorem reperiet. Itaque duo tantum fpicimina protulisfe fufficiat. In *Apol. Pal.* p.

(1) Vide Gotleberum, in nota, Thucydidem contra obfcuritatis crimen defendentem.

p. 190. de conjecturae periculo ita Palamedes ad Ulyssem: εἶτα, ὦ πάντων ἀνθρώπων τολμηρότατε, δόξῃ πιςεύσας, ἀπιςοτάτῳ πράγματι, τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἰδὼς, τολμᾶς ἄνδρα περὶ θανάτου διώκειν; ᾧ τί τοιοῦτον ἔργον εἰργασμένῳ σύνοισθα; ἀλλὰ μὴν τόγε δοξάσαι κοινὸν ἅπασι περὶ πάντων, καὶ οὐδὲν ἐν τούτῳ σὺ τῶν ἄλλων σοφώτερος. ἀλλὰ οὔτε τοῖς δοξάζουσι δεῖ πιςεύειν, ἀλλὰ τοῖς εἰδῶσι. οὔτε τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας πιςοτέραν νομίζειν, ἀλλὰ τἀναντία τὴν ἀληθείαν τῆς δόξης. — In Helenae laudatione amoris vis ita discribitur: εἰ γὰρ ἔρως ἦν ὁ ταῦτα πράξας, οὐ χαλεπῶς διαφεύξεται τὴν τῆς λεγομένης γεγονέναι ἁμαρτίας αἰτίαν. καὶ γὰρ ὁρῶμεν οὐχ ἣν ἡμεῖς θέλομεν, ἀλλ' ἣν ἕκαςος ἔτυχε. αὐτίκα γὰρ, ὅταν πολέμια σώματα, καὶ πολέμιον ὁπλίσῃς κόσμον χαλκοῦ καὶ σιδήρου, τοῦ μὲν ἀλεξητήριον, τοῦ δὲ πρόβλήματα, εἰ θεάσαται, ἡ ὄψις ἐταράχθη, καὶ ἐτάραξε τὴν ψυχήν. ὥςε πολλάκις κινδύνου μέλλοντος οὐδέπω ὄντος, φεύγουσιν ἐκπλαγέντες· ἰσχυρῶς γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ νόμου διὰ τὸν φόβον ἐσῳκίσθη τὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως, ἥτις ἐλθοῦσα ἐποίησεν ἀσμενίσαι, καὶ τοῦ καλοῦ τοῦ διὰ τὸν νόμον κρινομένου καὶ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ διὰ τὴν δίκην γιγνομένου. ἤδη δέ τινες ἰδόντες φοβερὰ, καὶ τοῦ παρόντος ἐν τῷ παρόντι φρονήματος ἐξέςησαν. — Πολλὰ δὲ πολλοῖς πολλῶν ἔρωτα καὶ πόθον ἐνεργάζεται τῶν πραγμάτων. εἰ οὖν τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου σώματι, τὸ τῆς Ἑλένης ὄμμα ἡσθὲν προθυμίαν καὶ ἅμιλλαν ἔρωτος τῇ ψυχῇ παρέδωκε, τί θαυμαςόν; κ. τ λ.

Aliud genus frigoris objicitur Gorgiae ab Aristotele Rhet. III. c. 3. illud nimirum quod existit ἐν τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν. Dixerat enim alicubi Gor-

Gorgias πτωχόμουσος κόλαξ, et ἐπιορκήσαντας καὶ κατευορκήσαντας. Denique nota sunt illa Gorgiaca: Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς. et γύπες ἔμψυχοι τάφοι, quae ridet Long. Π. Υ. Sect. III. §. 2. Hermogenes de Ideis. I. 6. festive de his ampullis: τάφους τε γὰρ, inquit, ἐμψύχους τοὺς γύπας λέγουσιν (οἱ σοφισαὶ) ὥνπέρ εἰσι μάλιςα ἄξιοι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρεύονται πάμπολλα. Cff. Faber et Tollius ad Longinum l. l. et Ruhnk. disfert de Longino Sect. IX.

Eodem frigore, quamvis in pulcherimo argumento, laborat fragmentum *Orationis funebris*, quod supra §. 2. nos descripturos esse recepimus.

Τί γὰρ, inquit, ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις, ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι; τί δὲ καὶ προσῆν, ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι; εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δὲ ἃ δεῖ, λαθὼν μὲν τὴν θείαν Νέμεσιν, φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρωπίνον φθόνον. οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν· πολλὰ μὲν δὴ τὸ παρὸν ἐπιεικὲς, τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες. πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας, λόγων ὀρθότητα. τοῦτο νομίζοντες θειότατον, καὶ κοινότατον νόμον, τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν, καὶ σιγᾶν καί ποιεῖν. καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιςα . . . . . ἓν δὴ γνώμην (f. καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιςα, ἓν μὲν ἀρετὴν, ἓν δὲ γνώμην,) τὴν μὲν βουλεύοντες, τὴν δὲ ἀποτελοῦντες. Θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων. κολαςαὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, αὐθάδεις πρὸς τὸ σύμφερον, ἀόρτιτοι (f. ἄρτιοι) πρὸς τὸ πρέπον. τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης καύοντες τὸ ἄφρον. ὑβριςαὶ εἰς τοὺς ὑβριςὰς, Κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς. μαρτυρία δὲ τούτων τρό-

τρόπαια ἐςήσαντο τῶν πολεμίων, Διὸς μὲν ἀγάλματα, τούτων δὲ ἀναθήματα. οὐκ ἄπειροι, οὔτε ἐμφύτου Ἄρεος, οὔτε νομίμων Ἐρώτων, οὔτε ἐνοπλίου Ἔριδος, οὔτε φιλοκάλου Εἰρήνης. σεμνοὶ μὲν εἰς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ, ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ. δίκαιοι πρὸς τοὺς ἀςοὺς τῷ ἴσῳ· εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίςει· τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος ὢν, ἐν ἀσωμάτοις σώμασι ζῇ οὐ ζώντων.

Iniquior ſane est Dionyſius in Gorgiam: nam etſi eas festivitates, quas primus ad certam ſcientiam redegerat Gorgias, intemperantius conſectabatur, primus tamen de numero orationis cogitaviſſe videtur; unde Thucydides, Iſocrates aliique profecerunt; adeo ut ipſis erroribus ſuis Gorgias viam monſtraverit, qua posteri incedentes ſermonem Graecum excolerent (1). Caeterum ipſe Plato aliquam Orationis virtutem in Gorgia agnoviſse videtur, in cujus *Convivio* (p. 325) cum Agathon amorem eleganter collaudaviſſet, exquiſite tamen, et cum quodam vocabulorum ſententiarumque fastu, Socrates: Καὶ πῶς, ὦ μακάριε, inquit, οὐ μέλλω ἀπορεῖν καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλος ὁτισοῦν μέλλων λέξειν μετὰ καλὸν οὕτω καὶ παντοδαπὸν λόγον ῥηθέντα; καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως μὲν θαυμαςά· τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; ἐπεὶ ἔγωγε ἐνθυμούμενος ὅτι αὐτὸς οὐχ οἷός τ' ἔσομαι οὐδ' ἐγγὺς τούτων οὐδὲν καλὸν εἰπεῖν; ὑπ' αι-

(1) Vid. omnino Cicero Orat. c. 49. ubi disputatur de numero quaeſito, eoque qui ſponte naſcitur.

αἰσχύνης ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην εἴ ποι εἶχον. Quae deinde sequuntur, quamvis elegantissima, Gorgiae magniloquentiam ac tumorem perstringunt: καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν· ὥςε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθειν. ἐφοβούμην μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας, αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποιήσειε.

Videtur Gorgias alicubi dixisse, ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, quod cum gloriosius dictum accipi possit, hujus sententiae vim explicat. Aristoteles Rhet. III. c. 17. nimirum inserebant Rhetores epidicticis sermonibus magnorum virorum laudes. Καὶ ὃ ἔλεγε Γοργίας, ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, τοῦτο ἐςίν. εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει, Πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακὸν, εἶτα τὸν Θεόν.

§ 5.

De Gorgiae docendi modo.

Docendi quidem ratio Gorgiae haec fuisse videtur, ut confectas a se scriptiones de quovis argumento discipulis praelegeret: putabat enim oratorem de omnibus rebus optime dicere posse: ideoque infinitam et immensam huic artificio materiem subjiciebat. (1) Philosophiam eum docuisse vidimus supra. Porro civilem quandam prudentiam tradebat: Rhetoricam sane definiebat: τὸ πείθειν οἷον τ' εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαςηρίῳ δικαςὰς, καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτὰς, καὶ

(1) Vid. Cic. de Inv. I. 5.

καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστὰς, καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντὶ, ὅστις ἂν πολιτικὸς σύλλογος γίγνηται. (1) et a Cicerone (de Orat. III. 16.) cum Thrasymacho et Isocrate opponitur Themistocli, Pericli et Therameni, qui cum ancipiti faciendi dicendique sapientia florerent, illi minus ipsi in republ. versabantur, sed hujus tamen sapientiae erant doctores. Et saepe quidem non meditatus de uno alterove argumento coram discipulis disputavisse videtur. Apud Platonem enim in Gorgia p. 281. B. Callicles ad Socratem ἐκέλευε γοῦν, inquit, νῦν δὴ ἐρωτᾶν, ὅ τι τὶς βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι.

Cum autem ibidem quaedam arroganter dicta Gorgiae a Platone tribuantur, hanc ejus extemporalem facultatem, qui postea venerunt, secus accepisse invidioseque interpretati esse videntur. Nam quod habet Philostratus in prooem. ad Sophistar. vitas, p. 482. παρελθὼν γὰρ οὗτος ἐς τὸ Ἀθηναίων θεάτρον, ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν, προβάλλετε· καὶ τὸ κινδύνευμα τοῦτο πρῶτος ἀνεφθέγξατο. ἐνδεικνύμενος δή που πάντα μὲν εἰδέναι, περὶ παντὸς δ' ἂν εἰπεῖν ἐφιεὶς τῷ καιρῷ, illud nobis quidem partim e Platone desumsisse, partim de suo addidisse videtur. Inde factum est, ut Gorgiae vanitas fere in proverbium abierit, cujus tamen illud προβάλλετε imitatores invenit, eosque doctissimos sapientissimosque viros. Notanda sunt de hac re Ciceronis verba, de Fin. II. 1. „ Eorum erat iste mos qui tum Sophistae nomi„ nabantur, quorum in numero primus est ausus „ Leontinus Gorgias in conventu poscere quaes„ tio-

(1) Vid. Plato. Gorg. p. 283. D.

„ tionem, id est jubere dicere qua de re vellet „ quisque audire. Audax negotium, dicerem „ impudens, nisi hoc institutum postea transla„ tum ad nostros philosophos esset." Caeterum classicus extat locus Aristotelis de Gorgiae caeterorumque Sophistarum docendi ratione, quem propter rei momentum totum excitabimus. Itaque in postremo capite Libri II. *de Sophisticis elenchis*, cum demonstravit, de caeteris artibus ab aevo aliquid conscriptum aut in vulgus notum extitisse, quod deinceps alii exciperent atque suis inventis augerent; de dialectica autem, scientiaque Syllogismorum, nihil quicquam litteris fuisse consignatum: ταύτης δὲ τῆς πραγματείας, inquit, οὐ τὸ μὲν ἦν, τὸ δὲ οὐκ ἦν προεξειργασμένον, ἀλλ' οὐδὲν παντελῶς ὑπῆρχε. καὶ γὰρ τῶν περὶ τοὺς ἐριςικοὺς λόγους μισθαρνούντων, ὁμοία τὶς ἦν ἡ παίδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ. λόγους δὲ οἱ μὲν ῥητορικοὺς, οἱ δὲ ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν, εἰς οὓς πλειςάκις ἐμπίπτειν ᾠήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους· διόπερ ταχεῖα μὲν, ἄτεχνος δ' ἦν ἡ διδασκαλία τοῖς μανθάνουσι παρ' αὐτῶν. οὐ γὰρ τέχνην, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης διδόντες, παιδεύειν ὑπελάμβανον. Et hi quidem ejus sermones fuerint ἐπιδείξεις proprie dictae, quae non confundendae videntur cum Heroum laudibus, aliisque id genus orationibus, quas aut publice aut privatim Gorgias habere solebat. (1) Has enim jam quodammo-

(1) Nihilominus postea promiscue quaevis Sophistarum orationes ἐπιδείξεων nomine insignitae videntur, inter quas Gorgiae Olympica refertur ab Aristotele Rhet. III. c. 14. Quae autem hic obiter monuimus de Sophistarum ἐπιδείξεσι, urgere no-

modo distinguit Plato in Hippia Majore p. 96. A. καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος, καὶ συνὼν τοῖς νέοις κ. τ. λ. Verosimile igitur est, istarum ἐπιδείξεων ἐσωτερικὴν, ut ita dicamus, praestantiam non esse censendam accuratis de arte quadam praeceptis; sed fuisse sermones in quibus talis ars magis laudaretur quam explicaretur, essetque magna exemplorum copia, sine certa norma, ad quam illa exempla essent referenda atque exigenda. Luculentissime hoc demonstrat Aristoteles in l. l. instituta eleganti comparatione, quam describendo haud alienum agamus. Sic igitur ille: ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐπιστήμην φάσκων παραδώσειν ἐπὶ τῷ μηδὲν πονεῖν τοὺς πόδας, εἶτα σκυτοτομεῖν μὲν μὴ διδάξειε, μηδ' ὅθεν δυνήσεται πορίζεσθαι τὰ τοιαῦτα. δοίη δὲ πολλὰ γένη παντοδαπῶν ὑποδημάτων· οὗτος γὰρ βεβοήθηκε μὲν πρὸς τὴν χρείαν, τέχνην δὲ οὐ παρέδωκε. Et congruunt haec iis quae supra disputavimus, in hoc Capite §. 3., et hunc Gorgiae caeterorumque Sophistarum morem manifestum faciunt ejus disputationes cum Socrate de Rhetorica, quam recte definire nescit; vid. Plat. Gorg.

nolimus; sed idoneum est argumentum de quo data opera disputetur, et inquiratur habeatne illud vocabulum *ostensionis* an *Ostentationis* vim: nam haec quidem postrema significatio pervulgata est in antiquis scriptoribus, apud quos Sophistica ἐπίδειξις fere est oratio, qua omnis ornandi sermonis calliditas ostentatur; non desunt tamen Platonis aliorumque loca, ubi ἐπίδειξις significat *alicujus artis vel scientiae institutionem*. Sed vide num hae diversae hujus vocis potestates conciliari possint, ex eis, quae infra disputabimus.

Gorg. p. 282. B. 283. D. 284. D. et Hippiae dubitatio de pulchri definitione: vid. Hippias Maj. p. 98. D. 99. C. E. 100. A. 101. A. Unum tamen ejus invenimus praeceptum eloquentiae forensis, eo minus reticendum, quod ab Aristotele fuit comprobatum, qui in Rhet. III. c. 18. περὶ δὲ τῶν γελοίων, inquit, ἐπειδή τινα δοκεῖ χρῆσιν ἔχειν ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ δεῖν, ἔφη Γοργίας, τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων γέλωτι, τὸν δε γελῶτα σπουδῇ, ὀρθῶς λέγων κ. τ. λ. nec mirum cum, ipse Cicero hoc Oratoris artificium commendaverit, de Orat. L. II. c. 59. sqq. Suspicari autem subit, plura etiam de oratoris munere utilia praecepisse Gorgiam; at deficientibus veterum scriptorum testimoniis, hanc rem in medio relinquimus.

Quodsi quis a nobis postulet, ut quae si nostra de Gorgia ejusque ratione sententia, paucis verbis comprehendamus, haec accipiat. Fuit Gorgias vir singulari ingenio, ac doctrina, supraque temporum suorum rationem Rhetoricae artis peritus: et ingenium prodidit placitis suis a vera quidem philosophia aberrantibus, at nihilominus acute excogitatis: doctrinam ejus suspicari licet, tum e multis ejus scriptis a veteribus laudatis, tum ex admiratione qua eum Athenienses prosecuti sunt, tum denique e Platonis erga illum mansuetudine, qui saepius Gorgiae merita agnoscit. Rhetoricam denique ita exercuit, discipulisque suis tradidit, ut praecepta non omnino omitteret, magis tamen suam eloquentiam ostentaret, quam viam, qua ad illam facultatem per-

perveniendum esset monstraret. Enimvero sive ille, sive Protagoras, sive uterque obfuit germanae philosophiae veraeque eloquentiae studio, propter Philosophiae cum Rhetorica conjunctionem, earumque tradendarum rationem, qua sequentes Sophistae, parvo labore, brevique tempore semidocti facti, multasque res, vix extremis labris degustatas ita crepantes atque divendentes, quasi intima earum notitia essent imbuti, juvenum mores erant corrupturi.

CAPUT II.

PROTAGORAS.

§. 1.

De Protagorae vita et moribus.

Mirum forte videatur, Protagoram a nobis post Gorgiam poni, quo tamen vulgo a recentioribus antiquior habetur, eo inductis a Platone, qui in Hipp. Maj. p. 96. *τούτων* (Gorgiae et Prodici) *δ' ἑκάτερος*, inquit, *πλέον ἀργυρίου ἀπὸ σοφίας εἴργασται, — ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἧστινος τέχνης, καὶ ἔτι πρότερος τούτων Πρωταγόρας.* Quibuscum in hoc quidem consentimus, quod Protagoram ante Gorgiam Sophisticae operatum esse perhibent. Verum non inde sequitur, natum esse Gorgiam post Protagoram. Praeterea in praecedenti capite conjecimus, idque satis probabili fortasse ratione, Gorgiam post quintum demum belli Pelop. annum Athenas venisse, ibique Sophistam factum esse.

De Protagorae autem aetate et natali die, incredibile est, quantum sit virorum doctorum certamen. Maxima difficultas inde oritur, quod Democriti discipulus a plerisque Veterum scriptorum appellatur: cujus tamen aequalem, vel quo majorem etiam fuisse eum ab aliis ostenditur

tur. (1) Nos quidem hanc litem umquam diremtum iri, non putamus, praesertim cum ipsius Democriti aetas omnium rerum sit incertissima. — Quid tamen nobis verosimillimum videatur, age paucis ostendamus. Apollodoro teste apud Diog. L. II. §. 7. vixit Anaxagoras circa 70am Olympiadem; ibi autem numerum mendosum esse monuerunt VV. DD. ad eum locum, quique laudantur ab Harlesio ad Fabricii B. Gr. II. c. 24. §. 5. at mox ex eodem Apollodoro narrat Diogenes, mortuum esse primo anno LXXVIII. Olympiadis; quod cum ob multas rationes a VV. DD. probetur, hoc sit initium nostrae computationis. Narratur ibidem a Diogene, vixisse Anaxagoram 72 annos. Natus igitur est circa 60am Olympiadem; fuit autem Democritus 40 annis junior Anaxagora, (vid. Diog. IX. 34 et 41.) natus ergo est Olymp. 70. cf. etiam Tennem. Tom. I. p. 271.

Socrates apud Platonem, Men. 21. C. narrat, obiisse Protagoram 70 aetatis anno; in Sophistica autem arte versatum esse 40 annos. cf. Diogenem L. IX. 56. Idem hic §. 42. de Protagora dicit: ὃς ὁμολογεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέναι. At indefinite nimis hoc dictum est, quam ut inde certi quidquam efficere possimus. Videtur sane Protagoras Socrate major fuisse; at nos quidem arbitramur, eum non ita diu ante Socratem diem obiisse. Verosimile enim est, Platonem, qui Sophistas, imprimis Protagoram, tam saepe loquentes inducat, Socratemque cum illis dispu-tan-

(1) Vid. Tidemannus, Geist der Specul. Phil. Tom. I. p. 351. et Tennem. Geschichte der Philosoph. Tom. I. p. 380.

tantem faciat, multaque referat, quae Sophistae non scripsisse sed dixisse videantur, Sophistas aut cum Socrate versantes audivisse, aut si isti sermones nunquam habiti sunt, eos saltem novisse. Natus autem est Plato, eodem anno quo Pericles e vita decessit, i. e. Olymp. 87. a°. 4°. Faciamus igitur, fuisse Platonem juvenem fere 18 annorum, cum veteres Sophistas cum Socrate disputantes audiret; sequetur Protagoram adhuc vixisse Olympiade 92. quodsi verum est, de quo dubitari vix potest, vixisse Protagoram 70 annos, ponamusque eum mortuum esse Olymp. 92. natus sit necesse est Olymp. 74. — Qui tamen Protagoram Democrito antiquiorem faciunt, eo induci videntur a Philostrato, qui in hujus Sophistae vita tradit, cum Xerxes in Thraciam trajiceret, juvenem Protagoram e Magorum disciplina hausisse suam de Diis dubitationem; sed jamdudum haec traditio explosa est a Bruckero Hist. Crit. Phil. Tom. I. p. 1202. qui demonstravit, a Philostrato confusum esse Protagoram cum Democrito, de quo simile quid narrat Diog. Laërt. IX. 34. Speciosissime omnium disputavit Meinersius in opere laudato, Tom III. not. ad pag. 258. ubi cum affirmat, praeter Gorgiam neminem Sophistarum aliquem veterum philosophorum audivisse, haec scribit: „ Peut être que l'on pense ici à „ Protagoras, dont plusieurs auteurs et Epicure „ entre autres, racontent qu'il avait été d'abord „ porte-fait; mais que Démocrite ayant remarqué la manière, avec laquelle il faisait les fa„gots, dévina son genie, et lui donna des in„structions. Mais il est aisé de prouver par „ plusieurs raisons, que ce récit n'est qu'un con„te, et que Protagoras vivait bien avant Démo-

„ cri-

„ crite. D'abord Aristote ignorait absolument „ que Protagoras eût reçu des instructions de „ Démocrite, quoiqu'il parle d'une machine dont „ on attribue l'invention à Protagoras, et qui fut „ probablement cause que l'on imagina qu'il avait „ été porte-fait. De plus Platon parle, dans son „ Protagoras, du Sophiste de même nom, com- „ me d'un des premiers Sophistes, et beaucoup „ plus ancien que Socrate. Aristote le plaçait „ aussi avant Corax et Tisias, qui florissaient „ peu de tems après l'expulsion des Tyrans de „ Syracuse et d'Agrigente, et lorsque Démocrite „ etait passé à peine de l'adolescence à l'âge vi- „ ril. Selon Apollodore, la 80 Olympiade fut „ l'époque de la plus grande célébrite de Prota- „ goras: date selon laquelle il pourrait, à la veri- „ té, avoir été disciple de Démocrite, mais non „ selon la rélation fabuleuse qui dit, que Démo- „ crite le prit au nombre de ses disciples, lors- „ qu'il était déjà un homme fait." — At nobis quidem haec argumentatio non adeo valida videtur, ut labefactari nequeat. Locum Aristotelis, quem significat Meinersius, laudat Diog. Laërt. IX, 53, ubi haec leguntur: *καὶ πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ᾽ ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας. φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός που φησί.* Ex his autem verbis non sequitur, Aristotelem ignorasse, Protagoram Democriti discipulum fuisse, qui hujus inventi mentionem facere poterat, neque tamen tangere historiunculam illam de Protagora bajulo. — Deinde nescimus quomodo efficiatur e Platonis *Protagora*, Sophistam ejusdem nominis *multo* majorem fuisse Socrate: saepius

pius quidem ibi significatur, fuisse eum Sophistarum fere primum; quod omnino esse potuit, neque tamen *multo* Socrate major. Tum locum Ciceronis, [i] unde Meinersius didicit floruisse Protagoram ante Coracem et Tisiam, hunc igitur minus recte intellexisse videtur: ita Cicero. in Brut. c. 12. „ Itaque ait [k] Aristoteles, cum sublatis in „ Sicilia tyrannis, res privatae longo intervallo „ judiciis repeterentur, tum primum, quod esset „ acuta illa gens, et controversa natura, artem et „ praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse: nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque „ dicere: scriptasque fuisse et paratas a Protago- „ ra rerum illustrium disputationes, quae nunc „ communes appellantur loci. Quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset: quod judicaret hoc „ oratoris esse maxime proprium, rem augere „ posse laudando, vituperandoque rursus affligere." Quod si haec verba ita interpretari velimus, ut significent, Protagoram scripsisse ante Coracem et Tisiam, videndum est, ne Ciceronem sibi repugnantia dicere cogamus. Illae enim *rerum illustrium disputationes*, *communes loci*, *singularum rerum laudes vituperationesque*, quid aliud sunt, nisi *via* et *ars*, quarum Cicero modo meminerat? Ut verum fateamur, saepius nos offendit hic Ciceronis locus, venitque nobis aliquando in mentem, parenthesi includere illa verba „ *nam antea neminem solitum via, nec arte, sed accurate tamen, et de scripto plerosque dicere.*" Neque nunc, verbis accuratius etiam inspectis, nos hujus conjecturae poenitet.

Pos-

Postrema etiam Meinersii verba non probanda videntur: quid enim obstabat, quo minus Democritus adultum Protagoram in numero discipulorum reciperet?

Longiores fuimus in hac Chronologica disputatione; sed facile veniam impetraturos speramus, si lectores nostri ipsi considerabunt, et e sequentibus apparebit, tum quam accuratissime definienda esse Sophistarum tempora, si quis probabiliter de illis disputare velit (1), tum, e Protagorae aetate caeterorum Sophistarum aetatem quodammodo pendere, de quorum natalibus et morte, altissimum est scriptorum silentium.

Natus est Protagoras Abderae urbe Thraciae. In eo consentiunt omnia antiquitatis testimonia, excepto uno Eupoli, qui, teste Diogene L. IX. 50. *in Assentatoribus* eum Teïum vocaverat. At haud magnum est hujus auctoritatis pondus. Quid enim impedit, quo minus Eupolis alium Protagoram significaverit, vel alia de causa erraverit? nam non magni faciendum est, quod Suidas habet: *τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ* Τήϊον *ἔγραψαν* (2), qui fortasse solum Diogenem, quem plus semel exscripsit, ob oculos habuerit.

De Patre etiam ambigitur, quem alii Artemonem, (Diog. L.) alii (Dinon in Pers. apud Diog. L. et Philostr.) Maeandrium fuisse dicunt.

Quae Protagorae fuerit causa et initium, capessendae philosophiae, diserte narratur a Gellio N. A. V. 3. „Protagoram virum in studio doctrinarum „egregium, cujus nomen Plato libro illi suo in-„cly-

(1) Vid. Heeren, Ideën etc. Tom. III. p. 439 in not. 7. et quae dicemus infra Sectione III. initio.
(2) Cf. Eudocia, p. 356.

„ clyto inſcripſit, adoleſcentem ajunt, victus „ quaerendi gratia, in mercedem miſſum, vectu- „ rasque onerum corpore ſuo factitaviſſe. — Is „ de proximo rure in Abderam oppidum, cujus „ popularis fuit, caudices ligni plurimos funicu- „ lo brevi circumdatos portabat. Tum forte De- „ mocritus, civitatis ejusdem civis, homo ante „ alios virtutis et philoſophiae gratia venerandus, „ cum egrederetur extra urbem, videt eum cum „ illo genere oneris, tam impedito ac tam inco- „ hibili, facile atque expedite incedentem, et pro- „ pe accedit; et vincturam poſituramque ligni „ ſcite periteque factam conſiderat, petitque ut „ paulum acquiescat; quod ubi Protagoras, uti „ erat petitum, fecit, atque itidem Democritus „ acervum illum et quaſi orbem caudicum brevi „ vinculo comprehenſum, ratione quadam quaſi „ geometrica librari continerique animadvertit, „ interrogavit quis id lignum ita compoſuiſſet: „ et cum ille a ſe compoſitum eſſe dixiſſet, de- „ ſideravit uti ſolveret, ac denuo in modum eum- „ dem collocaret; at postquam ille ſolvit ac ſi- „ militer compoſuit, tum Democritus animi „ aciem, ſolertiamque hominis non docti demira- „ tus: mi adolescens, inquit, cum ingenium be- „ ne faciendi habeas, ſunt majora melioraque, „ quae facere mecum poſſis; abduxitque eum „ ſtatim, ſecumque habuit, et ſumptum minis- „ travit, et philoſophiam docuit, et eſſe eum „ fecit quantus postea fuit." — Fabuloſa vulgo haec historia habetur, et qui negant Democritum Protagorae fuiſſe praeceptorem, (vid. Tennem, et Tidem. l. l. l l.) eo maxime nituntur argumento, quod illorum placita minime conveniant; de quo tamen paucis videndum est. Ponamus Protagorae pla-

placita nihil habere, quod Democriti philosophiam referat, non constat tamen, quamdiu Democritum audiverit: fortasse Democritus excoluit tantum juvenis virili aetati propioris ingenium, eique rerum elementa tradidit, quibus tamquam fundamentis sublimius illud philosophiae aedificium erat superstruendum. Protagoras autem, sive jam ipse in Thracia juventute erudienda a Praeceptore alienatus, sive proficiscente in longinquas terras Democrito, ab eo destitutus, sive quocumque tandem fato patriam relinquens, ne degustata quidem interiore magistri disciplina Athenas delatus sit; adeo ut brevi post, in Siciliam profectus, ibique Gorgiae, Zenonis, Melissi, aliorum familiaritate usus, veteris Democriticae disciplinae memoriam ex animo facile deterserit: — sed quae ante praecepimus ne defendi quidem possunt: Protagoras enim, sicut infra videbimus, rerum veritatem tollebat, eas sensuum inconstantiae submittendo: de Democrito Cicero, Acad. Quaest. IV. 23. „ *Ille verum esse planum negat.*" De quo hujus placito, ad eas res tantum pertinente, quae sensibus percipiuntur, egregie disputat Tennem, l. I p. 290. sqq. Et haec etiam Democriti ratio Colotem Epicureum movisse videtur, ut eum accusaret, *ὅτι τῶν πραγμάτων ἕκαστον ἐπιὼν, οὐ μᾶλλον τοῖον ἢ τοῖον εἶναι συγκέχυκε τὸν βίον*, quamquam hoc crimen repellit Plutarchus adv. Coll. p. 1108. A. contenditque, tam longe abfuisse Democritum ab ista sententia, ut ipsum Protagoram talia ponentem improbaret, multaque probabiliter contra eum scriberet. Atqui non poterat credere Democritus esse Deos, quos sua de Atomis disciplina, plane e medio sustulerat: ideoque indagabat originem opi-

opinionis de Deis, quam hominum animis innatam videbat. Et hanc quidem rationem secutum esse Protagoram, quamvis nullae ejus librorum reliquiae declarent, probabile id tamen est, ex Prodici ejus discipuli placito, de quo vid. infra hujus Sect. Cap. III. §. 2. Sed ne nostra oratio rerum ordinem antevertat, ad Protagorae vitam enarrandam progrediamur. Itaque quae tradit Gellius, etsi more suo ornasse videtur, res tamen ipsa firmatur aliorum testimoniis. Vid. Athen. VIII. 13. Diog. L. IX. 53. X. 8. Suidas in Πρωτ.

Egregio igitur ingenio praeditus, cum aliquamdiu Democriti institutione fructus esset, grammaticam artem in vico quodam tradidit; (Diog. L. X. 8. et Athen. l. l.) in patria autem sua jam ita caeteros doctrina antecelluit, ut a civibus suis σοφία sit vocatus; (Diog. L. IX. 50. ibique Casaub).

Deinde videtur se Athenas contulisse, ubi vir solers, videns suae doctrinae se tum demum fructum esse percepturum, si artem dicendi calleret, efflorescente nimirum ibi, prae nimio libertatis studio, demagogica reip. administrandae ratione, in qua, quo eloquentior quis esset, eo certiorem brevioremque esset habiturus aditum ad partem reip. gerendam, circa 30um aetatis annum 1) in Siciliam navigavit, ubi tunc temporis Rhetoricae ac Dialecticae studium vigebat. Et ne temere forte haec scripsisse videamur, quod fundamentum nostra opinio habeat, de-

(1) Verosimile hoc est, cum Protagoras anno aetatis 70 obiisse videatur, artemque Sophisticam per 40 annos exercuisse. Vid. Plato et Diog. L. II. II.

declarabimus. Hippias apud Platonem (Hippias Maj. 96. C.) narrat, juvenem se Siciliam petivisse, ubi tum Protagoras habitaret, magnaque gloria floreret. Hippocrates autem (Prot. 193. F.) dicit, se puero Protagoram Athenas primum venisse, nunc rediisse. Hos igitur locos Platonis accurate inspicienti liquebit, quamvis tempora non definiantur, Protagoram Athenas venisse, tum in Siciliam navigasse, in aliisque regionibus peregrinatum esse: deinde Athenas rediisse. Nam huc nihil facit, quod Athenaeus V. 218. B, C. Platonem neglectae temporum rationis accusat, cum Philosophus male definiverit occasionem Sermonis, qui habetur in *Protagora*.

In hac autem peregrinatione multas amplasque urbes adibat Protagoras. Et si verum est, quod tradit Diog. L. IX. 50. (ex Heraclidis Pontici libris περὶ νόμων) eum Thuriis leges conscripsisse, confirmatur nostra opinio, eum in magna Graecia cum Eleaticis philosophis fuisse versatum; quamquam nobis, quidem illud legislationis negotium e nullo alio auctore innotuit, et ad dubitandum inducimur, cum agatur de viro, politicam quidem prudentiam discipulis privatim tradente, qui tamen caeterum ab omni reip. gerendae munere abstinuisse videatur. Fueritne forte jam antiquitus Heraclidis Pontici locus corruptus, aut a Diogene male lectus? in quo pro Protagorae nomine illud Pythagorae fuisset aut scribendum aut legendum. Hic autem quantopere ferendis legibus compluribus Italiae urbibus profuerit, notum est: videatur prae caeteris Diog. L. VIII. 3. et Menagius ad ejusdem libri §. 16. Caeterum hujus lapsus exemplum

est

est in Bruckeri Hist. Phil. Tom. I. p. 1202. ubi scribit: *Philostratum confudisse Democritum cum Pythagora:* voluerat enim *Protagora.*

Ubicumque nobilissimos juvenes sibi adjungebat, secumque circumducebat, adeo ut ipsas Athenas multi peregrini eum sequerentur. Vid. Plato, Prot. 195. D. et 196. A. Men 21. C. Itaque magna ejus per totam Graeciam erat fama, ut, teste Diog. L. IX. 51. cognominaretur σοφία. Verba Diogenis sunt: διήκουσε δὲ ὁ Πρωταγόρας Δημοκρίτου, ἐκαλεῖτό τε σοφία, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱςορίᾳ. Kuhn. ad Aeliani, V. H. IV. 20. censet verba ἐκαλεῖτό τε σοφία ad Democritum referenda esse, quem Aelianus ibidem refert φιλοσοφίαν vocatum fuisse, Protagoram vero λόγον seu λόγον ἔμμισθον, ut habet Suidas. Potuit Diogenes ambos confundere; sin minus, illud ἐκαλεῖτό τε σοφία rectius fortasse glossematis loco habeatur, cujus generis est illud quod proxime praecedit de Prodici voce, a Menagio summo jure expunctum. Sed redeamus ad Protagoram.

Integra quidem floruit nominis celebritate ad annum usque aetatis 70um, confluebantque undique ad eum juvenes, e quorum institutione magnas pecunias faciebat. Plato Prot. 193. E. 209. B. Hipp. Maj. 96 B. Eo autem tempore scripsit librum περὶ θεῶν, quem ipse recitavit vel recitari curavit a discipulo Archagora Theodoti filio, sive domi Euripidis, sive Megaclidis, sive etiam in Lycaeo. Vid. Diog. L. Ibid. §. 54. qui haec refert: πρῶτον τῶν λόγων ἑαυτοῦ ἀνέγνω τὸν περὶ θεῶν. Haec autem verba interpres reddidit: „primum vero librorum suorum *de diis* recitavit „eum qui" cet. quem recte reprehendit Fabr. Bibl.

Bibl. Gr. Tom. I. p. 823., addens vertendum esse: „ primum omnium scriptorum suorum recitavit „ Protagoras librum *de diis*;" ipsa tamen haec res fidem vix meretur. Qui enim fieri potuisset, ut vir tantam eloquentiae operam tribuens, in oculis totius Graeciae vivens, tam juvenibus quam adultis publice praecepta de ipsis oratoris officiis aliisque scientiis tradens, non nisi senex jam factus scriptionem a se confectam recitaret, praesertim cum nota res sit, hanc caeterorum etiam Sophistarum consuetudinem fuisse, ut suos λόγους publice declamitarent. — Scripto igitur libro, cujus hoc erat exordium: περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσὶν, A Pythodoro Polyzeli filio vel Euathelo impietatis erga Deos accusatus est. Philostr. in Prot. Itaque ab Atheniensibus urbe ejectus est, κριθείς ὡς δὲ ἐνίοις δοκεῖ, ψήφου ἐνεχθείσης μὴ κριθέντι. Cum autem e continenti ad insulas trajiceret, parvula cymba, (metuebat enim sibi a navibus Atheniensium in hoc mari circumnavigantibus) fluctibus demersus vitam finiit. Sic fere rem narrant Diog. L. IX. 52 et 55. et Philostr. L. l. hosque secuti alii Auct. ll. a Menagio ad Diog. l. l. quibus addatur Cic. de Nat. Deor. I. 23. At non verosimile est, Protagoram decreto Atheniensium in exilium ejectum esse: tunc enim non fuisset, quod sibi ab Atheniensium navibus caveret, jam isti decreto obediens, et in mari navigans. In hoc enim Diogenes et Philostratus sibi ipsi contraria dicunt. Immo videntur Athenienses eum capitis damnavisse, quod supplicium Protagoras parvula navi effugiens, in mari periit. Disertis etiam verbis Joseph. contra Appionem L. II. p. m. 1079 F. εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλ-

συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει et Sextus adv. Math. L. IX. p. 319. cujus totum locum, quippe gravissimum, dabimus: παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων, διαφυγὼν καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας ἀπέθανε. μέμνηται δὲ ταυτῆς τῆς ἱςορίας καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σίλλων, ταῦτα διεξερχόμενος

ὥςε καὶ μετέπειτα Σοφίςων
Οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ, οὔτ' ἀσκόπῳ οὔτ' ἀκυλίςῳ,
Πρωταγόρῃ· ἔθελον δὲ τέφρην συγγράμματα θεῖ-[ναι,
Ὅττι θεοὺς κατέγραψεν οὔτ' εἰδέναι οὔτε δύνασθαι
Ὁπποῖοί τινες εἰσὶ, καὶ οἵ τινες ἀθρήσασθαι,
Πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικείης· τὸ μὲν οὔ οἱ
Χραίσμησ', ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο, ὄφρα μὴ οὕ-[τως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν ποτὸν Ἄϊδα δύῃ.

Et haec fere sunt quae nobis de hujus viri vita et fatis invenire licuit, nisi forte levibus indiciis ducti, addamus Protagoram, provecta jam aetate, infirmiore fuisse corporis valetudine. Etenim id colligi possit ex loco Platonis in Prot. 193. F, ubi juvenis Hippocrates, exsultanter gavisus de Protagorae in urbem adventu, suamque cum Socrate ad Sophistam profectionem festinans atque urgens, a Socrate reprimitur, qui quidem hoc invisendi Protagorae consilium in crastinum mane differt, nihil properandum esse addens: καὶ γὰρ τὰ πολλά, inquit, Πρωταγόρας ἔνδον διατρίβει· accedit huc quod refert Diog. L. IX. 54. libellum περὶ θεῶν ab Archagora Theodoti filio, non ab ipso Protagora recitatum esse. Sed hoc non nisi conjecturae, ejusque levissimae vim ac pondus habet.

Caeterum contra supra memoratam de Protagorae exilio et morte narrationem, objici posset

set, Platonem illius nullam mentionem facere, cum tamen de Protagorae dubitatione, utrum Dii essent nec ne, loquatur in Theaet. p. 122. G. in eodemque dialogo Socrates post Protagorae mortem loquens inducatur: id enim liquet e verbis p. 118. E.) ἆρ' οὖν πρὸς Χαρίτων πάνσοφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας, καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ἠνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε; deque morte ejus loquatur in Menone p. 21. C. Haec tamen objectio non tantam habet vim, ut totius antiquitatis consentientis testimonium infirmet: nam quod tradit Diog. L. IX. 55. quosdam narrare, Protagoram iter facientem obiisse 90 annos natum, non obstat: etenim si vel hoc verum esset, non continuo inde sequeretur, Protagoram non capitis damnatum fuisse. Denique neque in supra memoratis Platonis locis, neque in Hippia majore, ubi non ipse Protagoras, sed alii de Protagora confabulantur, etsi poterat, non tamen debebat Plato ejus mortis genus indicare. In caeteris Platonicis locis, ubi Protagorae placita recensentur aut refutantur, hic ipse loquentis personam agit.

Sed longe pejus etiam posteritati consuluerunt Athenienses comburendis publice in foro Protagorae libris (1), perquisitis etiam domibus eorum, qui Protagorae libros possidebant. Non tamen cum Tennemanno (l. l. p. 381.) huic publicae combustioni tantum tribuimus, ut putemus hinc factum esse, ut nulla fere notitia scriptorum Protagorae ad nos pervenerit. Nam vix credendum est, nulla alia horum librorum exempla per cae-

(1) Vid. Diog. L. IX. 52.

teram Graeciam et Siciliam circumlata, ibique servata fuisse, cum tanta fuerit Protagorae celebritas: pervulgatosque fuisse libros ejus de Rhetorica arte pateat, tum ex loco Aristotelis, servato a Cicerone in Bruto, l. l., tum ex Isocrate, in *Helenae Enc.* c. II. cujus haec sunt verba: *νῦν δὲ τίς οὕτως ὀψιμαθής ἐστιν, ὅστις οὐκ οἶδε Πρωταγόραν, καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφιστὰς, ὅτι καὶ τοιαῦτα, καὶ πολὺ τούτων ἔτι πραγματωδέστερα συγγράμματα κατέλιπον ἡμῖν.* Deinde aliquot eorum librorum titulos servavit Diogenes, cujus verba (l. l. 55.) *ἐστι δὲ τὰ σωζόμενα αὐτοῦ βιβλία τάδε*, quid aliud volunt, nisi hos libros, quos mox indicabimus, istam calamitatem effugisse? quamvis inde non sequatur, aliquot eorum ante Diogenis tempora non intercidisse. Libri certe *Ἀντιλογιῶν* non supererant. Vid. infra.

§. 2.

De Protagorae scriptis.

Versabantur autem Protagorae libri superstites in quadruplici eruditionis genere: *Oratorio*, *Politico*, *morali seu metaphysico*, vel denique *varias scientias amplectebantur*. *Ex oratorio genere:*

Τέχνη ἐριστικῶν. Diog. L. X. 55.

Δίκη ὑπὲρ μισθοῦ. Diog. Ibid. Pervulgata quaedam est narratiuncula de Protagora cum discipulo Euathlo decertante de pretio institutionis, quod quum solvere nollet Euathlus, magister eum ad judices rapuerit, ubi cum reum argutia quadam convincere conaretur, hic eadem argumen-

jurandi fallacia contra accusatorem usus sit, eumque propriis ineptiarum laqueis ceperit. Itaque judices, uter caussa victor esset, ignorantes, re non judicata, eos dimiserint; ornate hanc litem exponunt Gellius N. A. V. 10. et Apul. in Flor. l. IVnum. 18, pag. 87. Edit. Oudend. quibuscum cf. Diog. L. IX. 56. Illi tamen se invicem exscripsisse aut ex eodem fonte hausisse putandi sunt: At nos quidem Protagoram falso hujus litis auctorem haberi credimus: nam simillimum quid narratur de Corace ejusque discipulo, apud Sextum Emp. adv. Math. p. 81. idque priori isti narratiunculae ita par, ut idem factum respicere videantur. Quodsi e duabus obscuris rebus verisimillima eligenda est; Sexto credere malimus: qui narrat, cum altercantes a judicibus dimitterentur, hos dixisse: ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. Temerarium autem esset, historiam convellere conari, quae proverbio ortum dederit. Fortasse hic liber δίκη ὑπὲρ μισθοῦ, si tamen Protagoras ejus auctor fuit, ansam dedit confundendo Coraci cum Protagora. Accesserit autem, quod notum esset, Protagorae fuisse simul aterni cum quodam Euathlo, a quo quidem nonnulli eum impietatis erga Deos accusatum esse ferrent. Vid supra §. 1.

Ἀντιλόγιων δύο. Credibile quidem est, duos libros Ἀντιλογιῶν in eo fuisse genere, de quo Aristoteles apud Cic. c. 12. „ scriptasque fuisse „ et paratas a Protagora rerum illustrium disputa„ tiones, quae nunc communes appellantur lo„ ci, quod idem fecisse Gorgiam, *cum singularum* „ *rerum laudes vituperationesque conscripsisset*," ne credas tamen Diogeni, e Politico omnino fue-

 tint

sint genere. Hic enim l. III. §. 37. teste Aristoxeno et §. 57. teste Phavorino, tradit Platonis *Rempublicam* totam fere e Protagorae *Antilogiis* desumtam esse; sed jam haec testium varietas arguit, eos Diogenem memoriter citavisse, idque ipsius testimonii auctoritatem labefactat. Credere quidem praestat, libros περὶ Πολιτείας et περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως tales fuisse, e quibus Plato proficere potuisset.

E Politico genere:

Περὶ Πολιτείας. Diog. L. ibid.

Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως. Diog. L. ibid.

E Morali seu metaphysico genere:

Περὶ Θεῶν. Est hic ille liber, qui Protagorae exitiosus fuit: vid. Diog. L. IX. 51. Plato, Theaet. p. 122. G. cff. auctt. ll. a Menagio ad Diog. l. l.

Περὶ φιλοτιμίας. Diog. ibid.

Περὶ ἀρετῶν Diog. ibid. In hoc forte libro egit de Periclis animi magnitudine, mortem filiorum sine lacrymis ferentis. Vid. infra §. 4.

Περὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς τοῖς ἀνθρώποις πρασσομένων. Diog. Ibid.

Προσακτικός, Diog. ibid. et fortasse etiam

Περὶ τῶν ἐν Ἅιδου. Diog. ibid.

De variis scientiis:

Περὶ πάλης. Diog. ibid. cf. Plato in Soph. p. 155. A.

Περὶ τῶν μαθημάτων. Diog. ibid.

Caeterum testante Porphyrio, apud Euseb. Praep. Ev. X. 3. scripsit Protagoras librum περὶ τοῦ ὄντος. Sed potuit Porphyrius Protagoram cum Gorgia confundere, quorum hic libellum περὶ τοῦ μὴ ὄντος conscripsit, de quo vid. supra

C.

C. I. §. 2. Ut ut est, Menagius ad Diog. §. 55. Sexti Emp. locum (adv. Math. VII. p. 149) secus accepit: ibi enim non de Protagorae sed de Gorgiae libro agitur. Sed hunc errorem jam refutavit Fabricius Bibl. Gr. l. l.

Idem Fabricius Bibl. Gr. L. II. c. 23. §. 28. inter scripta Protagorae refert *μῦθον* de natura benignissima animantibus matre, et mente instar omnium a Jove data hominibus, eumque *μῦθον* laudari dicit a Juliano, Orat. VI. p. 194. Apud hunc quidem haec leguntur: *ἡμεῖς δὲ οὖν ἐπειδὴ συνίσμεν αὐτοῖς οὖσιν τῶν ζώων ξυνετωτέροις· κατὰ γὰρ τὸν Πρωταγόρου μῦθον, ἐκείνοις μὲν ἡ Φύσις, ὥσπερ μήτηρ, ἄγαν Φιλοτίμως καὶ μεγαλοδώρως προσηνέχθη. ἡμῖν δὲ ἀντὶ πάντων ἐκ Διὸς ὁ νοῦς ἐδόθη. τὴν εὐδαιμονίαν ἐνταῦθα θετέον ἐν τῷ κρατίςῳ καὶ σπουδαιοτάτῳ τῶν ἐν ἡμῖν.* At quis non videat, primum, significasse Julianum illam Protagorae fabulam, quam hic in Platonis dialogo, suo nomine inscripto profert: deinde Julianum non aliquem ex ea locum desumsisse, sed universe totius exordii sententiam paucis verbis memoriter comprehendisse? nisi forte quis credat, scripsisse Protagoram talem fabulam, ejusque partem in suum dialogum transtulisse Platonem. Etsi nos quidem hanc opinionem non amplectimur, rem tamen in medio relinquimus.

Sed alios etiam libros eum scripsisse necesse est, cum *πρῶτος μέρη χρόνου διώρισε, καὶ καίρου δύναμιν ἐξέθετο*: vid. Diog. L. ibid. §. 52. et ab eodem auctore §. 53 dicatur orationem in quatuor genera distribuisse: *διελέ τε*, inquit, *τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέτταρα· εὐχωλὴν*

λὸν ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν. Cf. Suidas.

Quandoquidem autem ex supra disputatis apparet, hoc sibi imprimis propositum habuisse Protagoram, ut Dialecticus fieret et Orator, ac talis quidem Orator qui auditorum animos, quoquo vellet rapere, juvenumque studia ad se convertere posset, fieri vix aliter poterat, quin ejusmodi placita amplecteretur palamque profiteretur, quae ad hanc oratoris vim et facultatem quasi manu ducerent. Itaque nunc videamus

§. 3.

De Protagorae Placitis.

Protagorae quidem philosophia tribus maxime locis continebatur, ponebatque

1°. Omnia fluere.

2°. Hominem omnium rerum esse mensuram.

3°. In utramque partem de quavis re disputari posse.

1°. Hauserat jam, sicut e supra disputatis apparuit, Protagoras e Democritea disciplina eam dubitandi rationem, quae rerum veritatem tollebat. Erat autem tum temporis, imprimis in magna Graecia et Sicilia uberrimus proventus Philosophorum physicorum, qui de rerum natura non satis intell cta disputantes, cum solida fundamenta suae philosophiae substernere non possent, eam vanae captiosaeque dialecticae adjumento stabi-

Mire conatentur, quibuscum ut probabile est Protagoram fuisse versatum, ita sponte intelligitur, virum bono ingenio, neque tamen diuturno philosophiae studio subacto, sed Rhetoricae studiosissimum (1): hunc igitur Eleaticae maxime rationi adhaesisse, quippe suo consilio imprimis accommodatae.

Itaque Protagoras, Sexto Emp. teste, ponebat τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι· Plato, Theaet. p 118 F. ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα ἃ δὴ φαμὲν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδὲν, ἀεὶ δὲ γίγνεται· καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου, ξυμφερέσθον Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς.

Et hujus quidem sententiae explicationem ex eodem Platonis petemus *Theaeteto*, quem nos quidem ejus verum fontem esse putamus. Videtur enim Plato in hoc dialogo eo maxime incubuisse, ut Sophistarum inanem de scientia disputationem confutaret: confutaret, inquam, nam saepius Plato, si quid illi cum Sophistis rei est, illos ridet, Socratemque falsa ironia illudentem fingit; in *Theaeteto* autem agitur res inter Socratem, Theaetetum et Theodorum, quorum hic, ut videtur, a Protagorae placitis non erat alienus. Quam serio autem ibi Socrates agat, vel haec verba documento sint: τίς δὴ οὖν, ὦ παῖ, λείπεται λόγος τῷ τὴν αἴσθησιν ἐπιστήμην τιθεμένῳ; (p. 121. A.) quae prorsus abhorrent a So-

(1) Jam docuerat Protagoras Grammaticam, sicut supra vidimus §. 1.

Socratica ratione. Verosimile quidem est, Platonem Protagorae cogitata suis verbis enuntiavisse, suosque orationis flores illis adspersisse; at causa nulla erat, quare manum cum umbra consereret, sententiasque et argumenta sibi fingeret, quae deinde multo cum labore essent refutanda. Praeterea videntur haec uberrime in eo Protagorae libro fuisse tractata, ubi ponebat, *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι* qui quidem liber in omnium tum erat manibus, multumque legebatur. Vid. Plato, *Theäet.* p. 118. D. — Haec disputavimus contra Tennemannum, p. 386. sqq. qui quidem Sextum Empiricum maxime sequendum esse putat, ejusque excerpsit Cap. 32. libri I. Pyrrh. Hyp. cujus titulus est *πῶς διαφέρει της Πρωτάγορείου ἀγωγῆς ἡ σκέψις*. Ibi autem non illud tantum exponitur placitum, de quo nunc agimus, sed imprimis alterum illud, *hominem omnium rerum esse mensuram*: quae quidem cum tam arcte cohaereant, ut vix divelli possint, conjuncta a Sexto exponuntur, quippe qui non unum aliquod Protagorae placitum referebat, sed totam ejus dubitandi rationem in eo dogmaticam esse ostendebat, ideoque a vero scepticismo differre, quod materiam fluere, hominisque sensibus subjectam esse affirmabat. Vid. Sextus, l. 1 p. 44 E. Caeterum ab eodem etiam Tennemanno dissentimus, scribente: „ auch „ scheint, nach Sextus angabe, Protagoras diesen „ Satz (sc. es sey alles veränderlich) ohne weitere Gründe entlehnt zu haben." Quamquam enim eorum argumentorum non meminit Sextus, non continuo verum est, Protagoram illud sine argumentatione assumsisse. Atque eo qui-

quidem minus, quod Plato Protagorae argumentationem disertis verbis referat (1).

Locus autem Platonis, in Theaet. p. 120. hic est: „ Universum hoc motus est, praeterea „ nihil. Motûs vero duae species sunt, quarum „ quidem utraque diversitate innumera est, sed „ earum vis ejusmodi est, ut altera motûs species *efficiat*, altera *patiatur*. Ex harum con„ gressione et frictione affectus gignuntur, nu„ mero infiniti, genere duplices, quorum alte„ rum *sensibile* est, alterum *sensus*, qui semper „ cum sensibili cohaeret (ἀεὶ συνεκπίπτουσα „ καὶ γενομένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ). Sensus „ quidem sunt visus, auditus, olfactus, tactus „ frigidorum et calidorum, voluptates, tristitiae, „ cupiditates, timores, aliique innumeri, quorum „ aliquot nominibus insigniuntur, numero plu„ rimi nomine carent: *Sensibilia* autem singu„ la singulis *sensibus* affinia sunt; omnigenis „ *visibus* omnigeni *colores*; *auditibus voces* et in „ caeteris similiter. — Haec omnia motu ferun„ tur, qui aut *tardus* est, aut *celer*. Quaecum„ que tarda sunt, tardo motu ad *affinia* ferun„ tur: et sic *tarda* gignunt; quaecumque au„ tem celeria sunt, celeri motu ad *affinia* fe„ runtur, et sic celeria gignunt (2).

„ Quum

(1) Oppugnatur etiam hoc placitum apud Plat. in Cratylo, p. 280.

(2) Theaet. 120. C. ὅσον μὲν οὖν βραδὺ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει, καὶ οὕτω δὴ γεννᾷ· τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ βραδύτερα ἐστίν· ὅσον δὲ ἂν ταχὺ, πρὸς τὰ πόῤῥωθεν τὴν κίνησιν ἴσχει, καὶ οὕτω γεννᾷ. τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ θαττω ἐςι. Nos loci sententiam expressisse nobis videmur; post verba autem ὅσον δὲ ἂν ταχὺ, fortasse ex-

„ Quum igitur oculus, cum aliquo eorum
„ quae sub oculos cadunt congresſus, genuit albe-
„ dinem et ſenſum albedini affinem (quod non obti-
„ giſſet, ſi alterutrum ad aliud quid acceſſiſſet,)
„ oculus quidem viſu repletur, et videt fitque
„ non viſus ſed oculus videns. Illud autem quod
„ ſimul cum oculo colorem genuit, albedine
„ repletur, fitque non albedo, ſed album quid,
„ ſeu lignum, ſeu lapis, ſeu quodcumque tan-
„ dem ejusmodi colore fuerit coloratum (1).
„ Eodem autem modo et *durum* et *calidum*, et
„ caetera omnia accipienda ſunt, quae ſingula
„ per ſe nihil ſunt, ſed motu, e mutua con-
„ greſſione, omnia et omnigena fiunt. Nam
„ neque id quod *agit*, neque id quod *patitur*,
„ ſeparatim conſiderari poteſt. Nihil exiſtit enim,
„ quod prius *agere* poſſit, quam cum *patiente*
„ congrediatur: neque quidquam *patitur*, ante-
„ quam cum agente congrediatur. Quidquid
„ vero cum aliquo congreditur et efficit, ſi in
„ aliud incidit, aliquando patiens erit (2). Unde
„ ſo-

exciderunt verba ἐν τῷ αὐτῷ, ex ſuperioribus repe-tenda. Eſt quidem Ficiniana hujus loci verſio per-quam manca.

(1) Ibid. D. εἴτε ὅτι οὖν συνέβη χρῶμα χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι. Hic pleonasmus ne pleonasmus quidem eſt: ſi enim ſanus eſſet hic locus, de colore ageretur quatenus color eſt, non alicujus rei qualitas, cum tamen hoc ultimum ſignificet Plato. Itaque χρῶμα aut in χρῆμα mutandum eſt, aut delendum. Abundare quidem χρῶμα crediderimus, e Ficini verſione, cujus haec ſunt verba: „ *ſive quid-*
„ *vis aliud quod forte ſit colore hujusmodi colora-*
„ *tum.*"

(2) Ibid. E. τό τε τινὶ συνελθὸν καὶ ποιοῦν ἄλλῳ αὖ προσπεσὸν, πάσχον ἀνεφάνη. Si hoc dixit Prota-
go-

„ sequitur nihil usquam per se esse, sed semper „ fieri."

Et huc quidem usque Plato nobis rem serio agere videtur. Quae sequuntur: „ verbum *esse* „ plane tollendum est, quamvis nos mala con„ suetudine et ignorantia inducti, eo utamur; „ unde sequitur, nihil praedicandum esse vel meum, „ vel tuum, vel hoc, vel illud, sed secundum ve„ ram naturam esse enunciandum: nimirum, haec „ vel illa *fieri*, *agi*, *interire*, *mutari*. Et hoc „ quidem tum in singulis partibus, tum univer„ se in partium collectione evenit, in qua col„ lectione homo est, et lapis, et quodvis ani„ mal, quaevis forma." Haec igitur etsi e superiore disputatione sequuntur, et quodammodo conveniunt cum verbis Sexti l. l. p 44. C. tamen ita a Socrate dicuntur, ut potius ipse ridicule ita concludere videatur; quo etiam pertinent verba: *ταῦτα δὴ, ὦ Θεαίτητε, ἆρ ἡδέα δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ γεύοιο ἂν αὐτῶν ὡς ἀρεσκόντων*; ibid. 102 F.—Sextus Emp. l. l. p. 44. haec habet: „ dicit Protagoras, materiem in continuo versari „ fluxu; quae quum assidue fluat, quidquid tol„ litur eo quod additur compensatur.

Sed sequebatur inde, non solum materiam, sed sensus etiam opinionesque hominum mutari et va-

goras, absurde equidem dixit: Quid enim impedit quominus aliquid cum multis congrediatur, et in singula *activam vim* habeat? Nobis quidem in Platone pro *ἀνεφάνη* legendum videtur *ἀ. φανῇ*, quod in nostro excerpto reddidimus. Pertinet autem haec mutua *agentis* et *patientis* conversio, ad majorem materiae *fluxionem* significandam.

variari, pro diversa hominis aetate, diversoque corporis habitu: — homines autem alio tempore alia percipere, prout diverse se haberent; vid. Sextus ibid. Itaque cum tanta esset et materiae et sensuum inconstantia, ponebat:

2°. *Hominem omnium rerum esse mensuram.* Celebrata est haec sententia, quam sic enunciabat: *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος· τῶν μὲν ὄντων ὡς ἐςί. τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἐςίν.* vid. Diog. L. IX. 51. ibique auctt. ll. a Menagio, quibus adde Arist. Metaph. VIII. 3. IX. 1. et III. 4. ubi hanc Protagorae sententiam significari, manifeste testantur verba: *ἔςαι ἄρα τὸ αὐτὸ καὶ τριήρης καὶ τοῖχος καὶ ἄνθρωπος, εἰ κατὰ παντός τι ἢ καταφῆσαι ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται, καθάπερ ἀνάγκη τοῖς τὸν Πρωταγόρου λέγουσι λόγον.* Itaque qualia quaeque alicui videntur, talia ei sunt: Plato, Theäet. 118. D. Phantasia et sensus in unaquaque re idem valent; nam qualia quisque sentit, talia ei videntur esse: sensus igitur existentis rei semper est, neque umquam falsus, quippe quo ipsa scientia constat. Plato. Ibid. 121. A. Omnia visa (*φαντασίαι*) et opiniones vera sunt. Sextus Emp. adv. Math. p. 148. G, nam rationes, (*λόγοι*) omnium rerum quae apparent, in materia subjectae sunt: ut materia, quoad ipsam materiam, omnia esse possit, quae cuique videantur. Homines autem alias alia percipiunt, pro diverso corporum animorumque habitu. Nam qui secundum naturam sese habet, talia e materia percipit, quae eis apparere possunt, qui secundum naturam sese habent; sed qui contra naturam, ea in materia percipit, quae eis apparere possint, qui contra affecti sunt. Est autem eadem ratio in aetatibus, in somno, in vigi-

lia,

lia, et in unaquaque conditionis specie. Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. p. 44. Cff. Plato ibid. p. 120. G. Furiosus igitur idoneus est judex (πιςὸν ἐςι κριτήριον) eorum quae in furore ei apparent; et dormiens eorum quae in somno, et infans eorum quae in infantia, et senex eorum quae in senectute. Non licet vero diversas has rerum et *relationum* conditiones ita confundere (1), ut ex eis, quae homini sanae mentis accidunt, improbemus ea, quae furioso appareant; ex eis quae vigilanti accidunt, ea quae dormienti: et sic porro; nam sicut illa quae his, non etiam illis apparent, ita contra illa quae eis, non etiam his videntur: quamobrem, si furibundus vel dormiens propterea eorum quae sibi apparent idoneus judex non est, quod in incerta quadam conditione versatur, sequitur etiam mentis compotem vel vigilantem haud magis eorum esse fide dignum judicem, quae illi occurrant. Nihil ergo considerandum est extra quandam conditionem, fidesque habenda est eis, quae propria sua conditione assumuntur (2).

Hucusque e Sexti et Platonis fragmentis Protagoricum placitum aliquo saltem modo conflavimus, nisi propriis Sophistae verbis, attamen eo fere ordine, quem ipse in argumentando sequi debuerit. Sed plura etiam in Platonis Theaeteto inveniuntur ad hoc placitum spectantia, quae quidem

(1) Sextus Emp. adv. Math. p. 149. A. οὐκ ἔςιν δὲ οἰκεῖον ἀπὸ τῶν διαφερούσων ςάσεων τὰς διαφορὰς περιςάσεις ἀθετεῖν. Nos sententiam expressimus, non verbo tenus tamen, quippe subobscuram.

(2) Sextus Emp. p. 149.

dem e Platonis ingenio hanc maxime ob caussam profecta videntur, quod Socrates Theaeteto ostendit, quo ducat Philosophia Protagorae. Neque tamen prorsus omittenda erant: nam verosimile non est, Platonem argumenta attulisse omnino aliena ab illis, quibus Protagoras suam sententiam aut in libro quodam probavisset, aut in disserendo palam confirmare solitus esset: tum Plato illum ipsum tangit cardinem, in quo omnis Protagorae disputatio versari videbatur, scilicet ut probaretur nihil esse aut fieri per se, sed *omnia esse aut fieri alicui, vel alicujus, vel ad aliquid*: quod Sextus, in loco saepius laudato, sic enuntiavit: *Φησὶ πάσας τὰς φαντασίας, καὶ τὰς δόξας ἀληθεῖς ὑπάρχειν, καὶ τῶν πρός τι εἶναι τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸ πᾶν τὸ φανὲν ἢ δόξαν τινὶ, εὐθέως προς ἐκεῖνον ὑπάρχειν.* et alio loco: *αὐτὸς γὰρ ὁ τοῦτο λέγων, ἄνθρωπός ἐςι, καὶ τὸ ὡς πρὸς αὐτὸν τιθεὶς φαινόμενον, ὁμολογεῖ, καὶ αὐτὸ τοῦτο τῶν ὡς πρὸς αὐτὸν φαινομένων ὑπάρχειν.* Sed age tandem Platonici illius loci longitudinem quoad ejus fieri possit contrahamus.

„ Quodcumque alterum omnino est, eandem
„ cum altero potestatem (1) habere nullo mo-
„ do potest: neque ex parte idem, ex parte al-
„ terum, sed penitus alterum erit. Immo alterum
„ et alterum dissimilia sunt: nam quaecumque simi-
„ lia sibi invicem sunt, quatenus similia sunt, idem
„ esse oportet; quaecumque autem dissimilia sibi
„ invicem, diversa et prorsus altera. — Sunt au-
„ tem

(1) Plato Theaet. 121. G. δύναμις hoc loco significat ipsum *esse*, essentiam.

tem innumera *agentia* et innumera *patientia*. Si quid cum alio et alio miscetur (1) non eadem sed altera gignet. Atqui *Socrates valens* et *Socrates aegrotans* prorsus dissimiles et alteri sunt: sic etiam *Socrates vigilans* et *Socrates dormiens* Si igitur aliquod *agens* concurrit cum *Socrate sano* alterum gignet; si concurrat cum *Socrate aegroto*, alterum. Quoties Socrates sanus *vinum bibit*, suave ac dulce ei videtur: igitur *agens* illud et *patiens* sibi invicem admota, dulcedinem ejusque sensum progignunt. Et sensus quidem a *patiente* profectus, linguam sentientem facit; dulcedo autem a vino mota, efficit, ut vinum sanae linguae non modo dulce appareat, sed sit; si vero *agens quid* cum *Socrate aegroto* concurrit, alterum prorsus apprehendit: igitur alterum quid vini potio et *Socrates aegrotans* gignunt: circa linguam saporis amari sensum; circa ipsum vinum amaritudinem. Et Socrates quidem, quamdiu sic sentit, nihil aliud fiat: alterius enim alter est sensus, efficitque sentientem alienum et aliud, neque illud quod Socratem talem τοιοῦτον efficit, si quando cum altero congrediatur, idem generabit, ita ut tale quicquam existat. Itaque neque Socrates sibi ipsi talis, neque illud sibi ipsi tale efficietur. Necesse autem est, illum qui sentiat, *alicujus* fieri; alioqui enim ne sentiat quidem; et

„ il-

(1) Ibid. D. συμμίγνυσθαι hic usurpatur de illa *agentis* et *patientis* concursione, quam supra extulerat Plato verbis ὁμιλία, τρίψις, συνέρχεσθαι, πλησιάζειν, λαμβάνειν.

„ illud etiam, quod dulce aut amarum fit, *ali-*
„ *cui* fieri debet: nam quod dulce aut amarum
„ nemini est, ne dulce aut amarum quidem est.
„ Sequitur igitur, sive simus, sive fiamus; nos
„ invicem fieri: id est, vel alicujus, vel alicui,
„ vel ad aliquid; neque quicquam esse aut fie-
„ ri in se ipso posse. Quandoquidem autem illud
„ quod quemquam *efficit*, ab ipso sentitur, non
„ ab alio, sequitur verum uniuscujusque esse
„ sensum:" *ἀληθὴς ἄρα ἐμοὶ ἡ ἐμὴ αἴσθησις. τῆς γὰρ ἐμῆς οὐσίας ἀεὶ ἐστι, καὶ ἐγὼ κριτὴς, κατὰ τὸν Πρωταγόραν, τῶν τε ὄντων ἐμοὶ, ὡς ἐστι, καὶ τῶν μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἐστι.* Plato. Theaet p. 121.

Alter locus minus etiam habet auctoritatis, quod originem traxit e disputatione Socratis cum Theaeteto et Theodoro; sed quo melius intelligatur, necesse est paucis verbis comprehendamus quae in hac disputatione ad infirmandum Protagorae placitum Socrates interrogando e Theaeteto elicuit.

Itaque Sophistae objiciunt, quod ipse suam doctrinam refutabat, quippe alios mercede docens, cum tamen neminem instituere possimus, si quisque rerum externarum est mensura, sensusque noster cum veritate congruit, ipsaque adeo scientia sensus est. Deinde objectum etiam fuerat, e Protagorae placito sequi, hominem aliquid simul scire posse atque ignorare. Si quis enim, aliqua te conspecta, oculos claudit, meminit eorum quae vidit: scit igitur eatenus, quoad memoria tenet; ignorat autem quoad rem non amplius videt.

Et his quidem objectis, Socrates Protagorae patrocinium suscipit; ejus tamen causam tam languide tuetur, ut aut nihil habuisse videatur, quod su-

ſupra memoratis objectionibus reponeret; aut Protagorae doctrinam ludere, ejusque vanitatem denudare voluisse videatur: nam ad illam objectionem, *neminem aliquid ſimul poſſe ſcire et ignorare*, haec respondet: *δοκεῖς τινά σοι συγχωρήσεσθαι, μνήμην παρεῖναί τῳ ὧν ἔπαθε, τοιοῦτόν τι οὖσαν πάθος, οἷον ὅτε ἔπασχε μηκέτι πάσχοντι; π ό λ λ ο υ γ ε δ ε ῖ. ἢ αὖ ἀποκνήσειν ὁμολογεῖν οἷόν τ' εἶναι, εἰδέναι καὶ μὴ εἰδέναι τὸν αὐτὸν τὸ αὐτό; ἢ ἐάνπερ τοῦτο δείσει, δώσειν ποτὲ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν ἀνομοιούμενον τῷ πρὶν ἀνομοιοῦσθαι ὄντι;* Plato, Theäet. p. 124. D.

Quae ſequuntur pertinent ad Protagorae philoſophiam moralem, de qua infra videbimus.

Caeterum refutatur etiam hoc Protagorae placitum, in Platonis Cratylo, p. 258. cf. Sext. Emp. adv. Math. p. 209. C.

3°. Sequitur quod tertio loco ponebamus placitum: *In utramque partem de quavis re disputari poſſe:* nam *πρῶτος ἔφη δύω λόγους εἶναι περὶ πάντος πράγματος, αντικειμένους ἀλλήλοις* (1) *καὶ τὸν Αντισθένους λόγον, τὸν πειρώμενον ἀποδεικνύειν ὡς οὐκ ἔςιν ἀντιλέγειν, οὗτος πρῶτος διείλεκται* (2).

Et hoc quidem placitum cum ſuperiore arcte co-

(1) Diog L. IX. 51. ibique Menagius. Iſocrat. in Helenae Enc. C. I. *καὶ καταγεγηρακάσιν, οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τε εἶναι ψευδῆ λέγειν, οὐδ' ἀντιλέγειν, οὐδὲ δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν·* quibus fortaſſe Socrates Dionyſodorum vel Euthydemum, aliosve ſignificat; ſed hi Protagorae maxime ſectatores fuiſſe videntur.

(2) Ibid. §. 53.

cohaeret. Nam si tantam sensibus habemus fidem ut quidquid iis objiciatur, id nobis verum esse arbitremur, sequitur,

1°. Unamquamque rem multis diversisque modis considerari posse, prout ea sensibus a nobis vel aliis comprehenditur, vel comprehendi possit.

2°. Disputari prope de nulla re posse, quod paradoxon Dionysodorus apud Platonem (1) ita explicat, cum Ctesippo disputans: πότερον οὖν, ἦδ' ὅς, ἀντιλέγοιμεν ἂν, τοῦ αὐτοῦ πράγματος λόγον ἀμφότεροι γνόντες. ἢ οὕτω μὲν ἂν δήπου ταὐτὰ λέγοιμεν; Συνεχώρει. 'Αλλ' ὅταν μηδέτερος (ἔφη) τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγῃ, τότε ἀντιλέγοιμεν ἄν; ἢ οὕτωγε τοπαράπαν οὐδ' ἂν μεμνημένος εἴη τοῦ πράγματος οὐδέτερος ἡμῶν; Καὶ τοῦτο συνωμολόγει. 'Αλλ' ἄρα (ἔφη) ὅταν ἐγὼ μὲν τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγω, σὺ δὲ ἄλλου τινὸς, ἆρα τότε ἀντιλέγοιμεν; ἢ ἐγὼ λέγω μὲν τὸ πρᾶγμα, σὺ δὲ οὐδὲ λέγεις τοπαράπαν; ὁ δὲ μὴ λέγων τῷ λέγοντι πῶς ἂν ἀντιλέγοι; Καὶ ὁ μὲν Κτήσιππος ἐσιγήσεν. E sequentibus autem patet, Platonis animo obversatum esse Protagoricum istud effatum, cum Socrates respondeat, talem se saepe sermonem audivisse a Protagorae Sectatoribus.

Venimus nunc ad celebratam illam Protagorae de Diis sententiam, de quibus in libri cujusdam exordio sic scribebat: περὶ μὲν

(1) In Euthyd. 228. cf. Tennem. p. 388 sq.

μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴθ' ὡς εἰσιν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσιν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης, καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου (1). Ob hoc effatum Protagoras non solum capitis damnatus est ab Atheniensibus, sed sequentia etiam tempora eum una cum Diagora Melio, aliisque impietatis damnaverunt: de cujus quidem judicii aequitate dubitari potest. Primum enim minus verum esse videtur, quod Meinersius scribit: „ Les doutes de Protagoras sur l'existence de la divinité n'étaient „ point différens de l'athéisme (2)." Nam ex ipsa doctrina Protagorae sequebatur, illum neque affirmare neque negare potuisse Deos revera existere. Habebant enim homines quamdam de Deis opinionem; huic tamen opinioni alia erat opposita (ἀντικειμένος λόγος) (3). Talis autem doctrina minime confundenda est cum vero Atheismo, quippe qui Deos omnino e medio tollit, quod faciebat Diagoras, qui cum ab adversario perjuro male haberetur, neque Deos maleficum hominem ulcisci videret, Deos omnino esse negabat. Verum vel ex Protagorae sententia, de Deis dubitanti non tamen omnis eorum metus excutitur.

Enimvero cavendum est, ne hoc nimis urgeatur,

(1) Diog. L. IX. 51. cf auctt. ibi ll. a Menagio, et Plato, Theäet. 122. C.

(2) In opere laudato, Tom. III. p. 481.

(3) Aliter quidem hac de re judicat Tennemannius, p. 390. qui miratur, Protagoram dubitasse de Diis, essentne an non essent. Cum enim homines aliqua de Diis essent opinione imbuti, necessario illos existere.

tur: primi enim Sophistae non usque eo sui scepticismi erant tenaces, quin quaedam etiam dogmatice affirmarent. Vid supra. Quodsi Protagoras id sibi revera persuasum habuisset, hominem omnium rerum esse mensuram, nihil de artibus, vel de quavis doctrina disserere aut scripto consignare potuisset.

Deinde quamvis negari nequeat, Protagoram de Diis dubitavisse, ejus tamen dubitatio tantum spectasse videtur mythologicam Graecorum superstitionem, quod nobis quidem recte Tennemannius (ibid. p. 391) deducere videtur e verbis: „ multa enim sunt, quae quominus „ hoc sciam impediunt, tum ipsius rei obscuri„ tas, tum vitae humanae brevitas." Et his quidem verbis nobis confirmari videtur, quod modo dicebamus, videlicet Protagoram non adeo fuisse suae de opinionum controversia sententiae tenacem, ut inde numquam ne latum quidem unguem discederet. Nam sive librum scripserit, qui totus esset *de Deis*, sive aliud agens istam sententiam pronunciaverit 1), videbat vir callidus, tam severos esse Athenienses suorum Deorum vindices, ut caput suum certissimae morti esset objecturus, si incertas esse hominum de Deis opiniones, quasi ex tripode affirmaret, id est, tali argumentatione, quae nulla firma scientia niteretur, sed levissima quadam dubitandi ratione, quam sibi ipse finxisset. Itaque quum tamen vanos intelligeret Deos, quos Graecorum superstitio informaverat, et aliquid saltem de eorum

(1) Sextus adv. Math. p. 319. κατά τινας. dubium igitur est.

rum auctoritate pedetentim detrahere vellet, professus quidem est, ignorare se an Dei essent, qualesve essent (1), sed hujus ignorantiae causam esse, tam ipsius rei obscuritatem, quam vitae humanae brevitatem, quae impediret quo minus ista obscuritas illustraretur. — Atqui ne hic etiam Atheismus est, cujus Meinersius Protagoram accusat.

Eadem illa cogitandi varietas et inconstantia causa fuerit, quare in caeteris etiam Protagorae placitis, ad Philosophiam moralem pertinentibus, tanta sententiarum deprehendatur diversitas: quarum quidem etsi haud larga est seges, quidquid tamen in iis est boni, eo majorem fidem meretur, quod e solo fere Platone petitur. Priusquam autem eas colligamus, paucis disputandum est de Platonis dialogo *Protagora.*

Si quis attente hunc dialogum pervolvit, facile animadvertat, Platonem sibi propositum habuisse, ut Sophisticam disputandi rationem luderet, non eam quidem inanem et ridiculam, quam in *Euthydemo* ludibrio habet, sed antiquiorem illam a Protagora maxime, Gorgia et Prodico profectam, disputationis materiam satis dialectice partientem, et plerumque ordine procedentem. Inde factum est, ut identidem Protagoras a Socrate in angustias pellatur, nihilque habeat, quo se expediat, nisi subitam ad aliud ar-

(1) οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσι. Haec verba addita reperiuntur apud Sextum Emp. adv. Math. p. 319.

argumentum transitionem. Hujus rei exempla vide, p. 219. F. 220. E. et 223. E. Dubitare quidem non licet, hunc fuisse Sophistarum morem, cum Socrate disputantium: Socratis enim interrogandi ratio, quam referunt Plato, Xenophon, Aeschines, ejusmodi erat ut Sophistae rebus rite definiendis impares, sed cujusvis argumenti superficiem leviter fere stringentes, si quando Socratica tamquam circumvalatione obsepti, quo se verterent non habebant, hanc transilirent, alium locum capturi, unde hostem manibus ac pedibus propellerent, donec et hinc excussi fugam capesserent et omne certamen prorsus detrectarent. Videtur tamen haec ratio potius recentiorum quam veterum fuisse Sophistarum: quorum illi quidem eo majore magisque desultoria erant levitate, quo longius abetant a germana philosophia, cujus pulchrae matris vetus Sophistica non pulchra filia, at filia tamen erat. Itaque saepius copiose, eleganter, ornate loquuntur Gorgias ac Protagoras, quorum hic apud Platonem fabulam profert prolixiorem quidem, at elegantem nihilominus et lectu jucundam, quam mox excerpemus.

Socratis Platonisque aetate erat gravissima contentio de hac quaestione, *posseitne virtus doceri* (1), cumque Sophistae se unumquemque mercede virtutem docturos esse pollicerentur, hanc eorum arrogantiam Socrates per totam vitam suam exagitabat. Vid. Plato passim et Xenoph.

(1) Vid. quae eleganter disputat, et quos erudite laudat Texius V. C. in Disputatione de Musica ex Platone, p. 146.

noph. Symp. p. 873 A., illosque hanc ob caussam maxime ridebat, quod aliquando discipulos suos, quos justitia erudivissent, ingrati animi accusabant: vid. Plato in Gorg. p. 311. A. B. — Videndum tamen est ne haec docendae virtutis promissio secus accipiatur: probabile enim est, veteres Sophistas eam voluisse tradere virtutem, quae pragmatica esset, rebusque tam publicis quam privatis recte gerendis conferetur. Id vel invito Platoni excidit, qui Protagoram ita praedicantem facit de ipsius institutione: *τὸ δε μάθημα ἐςὶν εὐβουλία περὶ τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριςα τὴν αὐτοῦ οἰκίαν διοικοῖ· καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν. Protagor.* p. 177. A. (1). Et hac quidem promissione juvenes ad se alliciebant: nam nobis quidem parum verosimile videtur, Sophistas, callidos imprimis viros, quique temporibus prudenter servirent, tale institutionis genus professos esse, quo, corruptis jam tum Atheniensium moribus, perpaucos auditores sibi essent adjuncturi.

Quodsi ponamus revera professum esse Protagoram, virtutem doceri posse, argumenta quae ad hanc sententiam defendendam apud Platonem promit Sophista, eo magis pro genuinis Protagoricis habenda sunt, quo magis sunt probabilia, quoque longius absunt ab illa jactabunda vanitate, qua caeteri Sophistae apud Platonem sese efferunt. Nam iniquius nobis quidem apparet judicium Ficini in *Protagorae* argumento, p. 764. H. sic scribentis: „ad haec Protagoras longis „ probat ambagibus, doceri posse virtutem. In „ qui-

(1) Cf. Texius, V. C. l. l. p. 135 sq.

„ quibus notanda quaedam priscorum refert my-
„ steria. Decet enim quamvis Sophista sit, non-
„ nulla etiam legisse bona: et cum prolixe lo-
„ quatur apud Platonem, utilia quaedam addu-
„ cere". — Non enim omnino prolixe loquitur Protagoras, neque si prolixe loqueretur, inde sequeretur, eum bene loqui.

Sed age quae affert Protagoras, tandem breviter comprehendamus. Omnis autem ejus oratio tripertita est, oriturque e tribus dubiis, quae Socrates moverat: miratus enim erat hic,

1°. Quod civilis quaedam prudentia omnibus civibus communis esse putabatur. Quum enim de caeteris artibus scientiisque illi tantum consuli solerent, qui aliquam earum exercerent, de Rei tamen publicae commodis, in concione universos cives judicium ferre, ac prudentiae civilis peritos haberi.

2°. Virtutem a Protagora aliisque Sophistis tradi, cum tamen innata esse neque disciplina tradi posse videretur.

3°. Quod cives ob virtutem celebres filios suos caeteris quidem artibus erudiri curabant, paterna vero virtute hos nihilo caeteris meliores reddebant.

Et his quidem objectionibus ita obviam it Protagoras:

„ Principio Dei animalia creaverant: quae cum
„ pro sua quaeque natura, dotibus quibusdam
„ erant ornanda, hanc provinciam Prometheo
„ Epimetheoque mandaverunt. Quod mandatum
„ cum exsequeretur Epimetheus solus, caeteris
„ animalibus ita quidem celeritatem, robur, alias
„ corporis virtutes impertiit, ut quo hominem
„ in-

„ instrueret nihil amplius relinqueretur. Itaque „ furatus est Prometheus Minervae artificiosam „ sapientiam, (ἔντεχνον σοφίαν) cum igne Vul- „ cani. His beneficiis, jam in hominum genus „ collatis, cum urbes condi, societatesque coi- „ re coepissint, civili tamen prudentia carebant, „ sine qua nulla hominum societas diuturna es- „ se potest. Tum Jupiter mortalium misertus „ conditionem, Mercurium misit qui illis pudo- „ rem justitiamque largiretur, non quidem tam- „ quam artem aliquam scientiamve, paucis qui- „ busdam caeteros ingenio antecellentibus, sed „ universis. Et hinc quidem factum est, ut, „ cum singulae artes singulos nacti sint profes- „ sores, civilis prudentia omnibus sit communis, „ et universi in concione de Reipubl. commo- „ dis consulantur, judiciumque de eis ferre pos- „ sint". Protag. p. 197. sqq. (1)

Hac

(1) Eleganter admodum nuper de hac fabula disputavit vir doctiss. Arn. Ekker, *in sp c. in Platonis de Prometheo fabulam*, qui id maxime egit, ut ostenderet e Protagorae verbis, quae Graecorum fuerint opiniones de hominis ad humanitatem progressione. Enim vero cavendum est, ne in hujusmodi interpretationibus aliquam veteribus opinionem tribuamus, quae e nostrorum temporum ingenio ducta sit. Ratio quidem sophistarum haec fuisse videtur, ut vetustiorum poetarum fabulas denuo tractarent, quaeque iis subesset philosopha mens, explicarent, aliquid etiam ipsi affingerent, aut denique novis commentis suas sententias obvolverent. Plato autem, cujus ultro ingenium ad poesin ferebatur,auresque quotidie Sophistarum exornatis fabulis, alegoricisque commentis personarent, ex illorum doctrina tantum desumsisse vide-

 tur,

Hac fabula Protagoras conatus erat probare, omnes homines civilis virtutis participes esse. Altero loco demonstrandum erat, non innatam esse illam virtutem, sed studio comparari, disciplinaque doceri Id hac fere ratione demonstrat: „ Nemo ob illa mala punitur, quae ei „ casu accidunt. Sed in illa animadverti solet, „ quae prava consuetudine, omnino de indus- „ tria peccantur. Quo in genere sunt quaecum- „ que civili virtuti sunt contraria, injustitia, im- „ pietas, alia. Omnis autem in malos animad- „ versio hoc sibi propositum habet, ut melio- „ res reddantur, et in posterum a maleficiis ab- „ sterreantur. Et hinc quidem sequitur, virtu- „ tem doceri posse".

Tertio loco exponendum erat, quare viri virtute celebres non semper filios suos caeteris probiores efficiant: „ Nam a tenera inde ae- „ tate pueri monentur. Nutrix, mater, paeda- „ gogus, pater eum erudiunt ostenduntque, „ quid justum, quid injustum, quid honestum, „ quid turpe, quid sanctum, quid impium, „ quid agendum, quid non agendum sit. De-

„ in-

tur, quantum ad suum propositum faceret. Non poterat tamen, cum Sophistarum rationi bellum indixisset, hujus ipsius rationis partem ab istis viris mutuari, adeo ut, si quid tamen ipse ad eorum similitudinem finxisset, commode hoc alicui Sophistarum tribueret: et videndum est an hoc etiam fuerit in caussis, quare Plato maluerit dialogos conscribere, quam disputationes uno continuoque orationis filo. Ut ut est, in hac sane Protagorea fabula multa inveniuntur, quae mere Platonica esse, Ekkerius ipse passim in suo libello doctissime demonstravit.

„ inde ad ludimagistros deducuntur, qui eorum „ moribus emendandis, haud minus quam in„ geniis per litteras informandis incumbunt. Ac„ cedit musica, quae puerorum animos rhythmo „ et harmonia temperat; tum poetarum studium „ et ars gymnastica, quae animum egregiis sen„ tentiis fingunt et ornant, corpus ita corrobo„ rant, ut firmum sit adjumentum firmi animi. „ Denique scholis gymnasiisque relictis, quod „ reliquum est institutionis a magistratibus suscipitur, qui quemque civium ad legum nor„ mam imperare et obedire cogunt. Quum au„ tem ea sit ingeniorum natura, ut alia aliis ap„ tiora sint, faciliusque discant, peritissimique „ saepe tibicinis filius patri longe inferior sit, „ idem etiam in virtute locum habet, multique „ in civitatibus reperiuntur, qui alios virtute an„ tecellant". Vid. Plato Ibid. 199. sq. (1).

Et haec quidem e Protagorae oratione excerpta nobis sufficiant, ad ejus sententiam de virtute eaque docenda aperiundam: nam caeterae ejus sententiae, quae per reliquum dialogum sparsae sunt, eo minore fide dignandae videntur, quod Socratica interrogatione dubitanti quodammodo extorquentur.

Non praetereundae tamen sunt illae sententiae, e quibus patet, quanti Protagoras virtutem fecerit. Nam interrogatus a Socrate, num virtutem honestum quiddam et pulchrum esse putaret, eamque tamquam pulchrum quid doceret, *κάλλιστον μὲν οὖν*, inquit, *εἰ μὴ μαίνομαί γε.* (Prot. 209. D.) Cui quidem sententiae convenienter paulo post affirmat, bonum esse jucunde vi-

(1) Cf. etiam Textus V. C. disp. I. p. 136. sq.

vivere, dummodo quis honeſtis delectetur; (ibid. 210 A.) jucunda autem quaedam non bona, triſtia quaedam non mala esſe pronuntiabat.: neutra autem quaedam neque bona neque mala esſe: — idque non ſolum ſe praeſenti quaeſtioni convenienter reſpondere dicit, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντα, inquit, τὸν ἄλλον βίον τὸν ἐμὸν (ibid. B) quae verba duplici modo explicari posſe putamus: vel enim ſignificant, Protagoram ſic de bonis et malis effari, prout per totam vitam ſuam esſet philoſophatus, vel hoc: „ Quam nunc de bo„ nis maliſque proferret, in hanc ſe ſententiam „ deductum esſe totius ſuae vitae experientia". Haec autem poſtrema interpretatio, eo magis amplectenda est, quod a Platone invidioſe forte illa verba addita ſunt, ut detraheret aliquid de hujus ſententiae praeſtantia.

Haec fere ſunt, quae nobis de Protagorae philoſophia morali colligere licuit. Restat tamen unus locus Platonis, qui Protagoreae philoſophiae vim aperit, quamque utilitatem inde ad vitae uſum derivaret, oſtendit. Nam in *Theaeteto* p. 124. E. haec profert Sophiſta: „ Ajo „ unumquemque noſtrum menſuram esſe eorum „ quae ſunt, et eorum quae non ſunt; ſed hanc „ maxime ob cauſam alium ab alio differre, „ quod huic alia ſunt et apparent, illi alia. Sa„ pientem quidem et ſapientiam exiſtere non „ nego; ſed hunc ſapientem nuncupo, qui ea „ quae alicui mala appareant, facere poteſt ut „ eidem bona videantur". Enim vero in hac ſententia, ſi quid ineſt boni, fallax tamen est, et periculi plena: referebatur enim magis ad ratiocinandi ſubtilitatem, quam ad illam animi prudentiam et aequabilitatem, qua

Spe-

Sperat infestis, metuit secundis,
Alteram sortem bene preparatum
Pectus.

§. 4.

De Protagorae dicendi scribendique genere.

Pauca sunt, quae de Protagorae eloquentia accurate disputari possint. Omnia ejus scripta periisse, plurimaque jam eo tempore quo Athenienses eum capitis damnarunt, supra monuimus. Accedit quod, quantum nos quidem investigare potuimus, ex eis libris qui serius interciderunt, nihil in tota antiquitate, praeter unum a Plutarcho servatum locum, descriptum aut citatum invenitur. Nam quae de ejus placitis referunt Plato et Sextus, haec utrumque pro ingenio suo vidimus exposuisse atque ornasse. Non temere tamen pronunciare videbimur, si affirmamus, Protagoram cujus tam clarum esset in antiquitate nomen, qui quadraginta annos Sophisticam artem cum maxima laude totiusque Graeciae applausu exercuisset, quin ipse de Rhetorica Dialecticaque libros composuisset, hunc igitur tanta valuisse eloquentia, quanta requireretur ut suam non modo doctrinam sui temporis hominibus commendaret, sed ingentem ad se alliceret discipulorum concursum.

A Platone quidem ei tribuuntur ὀρθοέπειά τις καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά (1).

Quae-

(1) Plato, in Phaedro, p. 353. D. Versantur ibi Socrates et Phaedrus, in principum Sophistarum Rhetorumque inventis Rhetoricis recensendis.

Quae verba cum incertum sit quam vim habeant, neque ad ejus orationem omnino cognoscendam ducant, videntur tamen significare, illum in scribendo perspicuitati ita maxime studuisse, ut suam cuique vocabulo tribueret certam vim et potestatem: confirmatur hoc alio loco Platonis, in Crat. 26ↄ. E. ubi Socrates Hermogenem monet, ut a fratre Callia discat, *τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ τοῦ Πρωταγόρου.* — Caeterum illa priora Platonis verba, *καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ* non omnino tamquam in Protagorae laudem dicta accipimus: latet enim sub illis Socraticus ille jocus, quo philosophus Sophistas persequebatur, quique paulo post sese manifestius prodit. Sed locum, quippe pulcherrimum, integrum dabimus: *Τί δέ; τὸν μελίγηρυν Ἄδραςον οἰόμεθα, ἢ καὶ Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν ἡμεῖς διΐμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων, βραχυλογιῶν τε καὶ εἰκονολογιῶν, καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες, ὑπ' αὐγὰς ἔφαμεν εἶναι σκεπτέα. πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτοὺς ὥσπερ ἐγώ τε καὶ σὺ, ὑπ' ἀγροικίας, ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον εἰς τοὺς ταῦτα γεγραφότας τε καὶ διδάσκοντας, ὡς ῥητορικὴν τέχνην, ἢ, ἅτε ἡμῶν ὄντας σοφωτέρους, κᾂν νῶϊν ἐπιπλῆξαι; εἰπόντας, Ὦ Φαῖδρέ τε καὶ Σώκρατες, οὐ χρὴ χαλεπαίνειν, ἀλλὰ συγγινώσκειν, εἴ τινες μὴ ἐπιςάμενοι διαλέγεσθαι, ἀδύνατοι ἐγένοντο ὁρίσασθαι, τί ποτέ ἐςιν ἡ ῥητορική. ἐκ δὲ τούτου τοῦ πάθους, τὰ πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματα ἔχοντες, ῥητορικὴν ᾠήθησαν εὑρηκέναι. καὶ ταῦτα δὴ διδάσκοντες ἄλλους, ἡγοῦνται σφίσι τελέως ῥητορικὴν δεδιδάχθαι. τὸ δὲ ἕκαςα τούτων πιθανῶς λέγειν τε καὶ τὸ ὅλον συνίςασθαι, οὐδὲν ἔργον αὐτοὺς δεῖν παρ' ἑαυτῶν*

τῶν τοὺς μαθητὰς σφῶν πορίζεσθαι ἐν τοῖς λόγοις. Plato, Phaedr. 354 A. B.

Itaque, judice Platone, non solum non eloquens fuit Protagoras, sed ne scivit quidem quid Rhetorica esset; quod judicium quamvis iniquius videri possit, propter Platonis ingenium, hujus tamen iniquitatis eum neque convincere neque absolvere licet. Hoc saltem videmus, Protagoram habuisse τὰ πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματα, i. e. linguae ejusque proprietatum cognitionem, nominum vim eorumque rectum usum, verborum geminationes, splendidas sententias, similitudinesque orationi inserendi artem, alia. Quae quamquam oratorem non efficiunt, qualis erant Adrastus ille et Pericles, suavitate tamen quadam aliisque orationis ornamentis Protagorae scripta condita fuisse necesse est, quippe quae plurimos lectores inveniebant.

His autem conjecturis ducti suspicamur non talem fuisse Protagorae orationem, quae nulla prorsus dote sese commendaret; quin imo, quae Plutarchus, de Consol. ad Apoll. p. 118. E. refert a Protagora scripta esse, de Pericle filiorum morte fortiter ferente, nobis quidem ob quandam dictionis efficaciam admodum placent. Ita autem scripsit: τῶν γὰρ υἱέων νεηνίων ὄντων καὶ καλῶν, ἐν ὀκτὼ δὲ ταῖς πάσῃσιν ἡμέρῃσιν ἀποθανόντων, νηπενθέως ἀνέτλη. εὐδίης γὰρ ἔχετο (1). ἐξ ἧς πολλῶν ὤνητο κατὰ πᾶσαν ἡμέρην εἰς εὐποτμίην καὶ ἀνωδυνίην, καὶ τὴν ἐν τοῖς πολλοῖσι δόξαν. Πᾶς γάρ τις μιν ὁρῶν τὰ ἑαυτοῦ

(1) Wyttenbach. V. Cel. ad h. l. rescripsit εἴχετο, aliquot codicum auctoritate.

τοῦ πένθεα ἐῤῥωμένως φέροντα, μεγαλόφρονά τε καὶ ἀνδρεῖον ἐδόκει εἶναι, καὶ ἑαυτοῦ κρείσσω. κάρτα εἰδὼς τὴν ἑαυτοῦ ἐν τοιοῖσδε πράγμασι ἀμηχανίην. Summus Wyttenbachius, in annotatione ad h. l. Jonicum dialectum neminem miraturum affirmat, qui cogitet, Jonice scripsisse Democritum Protagorae magistrum; verum (pace magni viri dixerim) non hanc solam causam eo valuisse putem. Non enim verosimile est, Protagoram dudum Athenis commoratum, Jonicum dialectum semper frequentasse, caeteris praesertim Sophistis Atticismum affectantibus. Spectaverit igitur hoc etiam negotium ad doctrinae ostentationem.

Sed minus quam Hippias aut Gorgias in publicum sese proferebat Protagoras. Nam etsi supra ejus valetudini adscripsimus, quod plerumque domi se contineret, id hanc etiam causam habuisse potest, quod minore valebat subito loquendi facultate quam caeteri Sophistae, domique suae (quod postea etiam Isocrates factitabat,) discipulos suos instituebat, aut conscriptas a se commentationes illis praelegebat. Sed si illos Protagorae libros excipiamus, qui essent de arte grammatica aliisque artibus scientiisque, id tamen cum caeteris Sophistis aequalibus vitii commune habuisse videtur, ut plerumque in quaestionibus otiosis occupatus esset; — Isocratis quidem haec sunt verba: Εἰσί τινες οἳ μέγα φρονοῦσι, ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι, περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσι. — Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἑώρων νεωστὶ τὴν περιεργίαν ταύτην ἐν τοῖς λόγοις γεγενημένην, καὶ τούτους ἐπὶ καινότητι τῶν εὑρημένων φιλοτιμουμένους, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐθαύμαζον αὐτούς· νῦν δὲ τίς οὕτως ὀψιμαθής ἐστιν,

ὅστις

ὅςις οὐκ οἶδε, Πρωταγόραν καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένους σοφιςὰς. ὅτι καὶ τοιαῦτα, καὶ πολὺ τούτων ἔτι πραγματωδέςερα συγγράμματα κατέλιπον ἡμῖν; (Helen. Enc. C. 1. et 2.) qui imprimis faciunt quae paulo post, eosdem Sophistas significans, addit: ἐνθυμουμένους, ὅτι πολὺ κρεῖττόν ἐςι περὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν, ἢ περὶ τῶν ἀχρήςων ἀκριβῶς ἐπίςασθαι καὶ μικρὸν προέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις, ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν.

Hujus molestae πραγματείας e Platone excitabimus exemplum; quo si quis caute utatur, de Protagorae ratione judicium facere melius possit. Nimirum Socrates, in *Protagora*, Sophistam quaestionibus circumsedit et fatigat, adeo ut hunc sensim ducturus videatur ad negandum de virtute ejusque partibus, quaecumque antea affirmaverat: donec eum interrogat, dicatne quaedam bona esse. Affirmante Protagora, Socrates iterum, num ea bona sint rogat, quae hominibus conducunt. Tum Protagoras subiratus: immo vero, inquit, bona quaedam voco, etiamsi hominibus non sint utilia. Verum redeunte ad pugnam Socrate, Sophistamque lacessante rogando, numquid ea bona censeret, quae nulli hominum utilia, an quae nullo modo utilia essent, Protagoras: οὐδαμῶς, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε πολλὰ οἶδ' ἃ ἀνθρώποις μὲν ἀνωφελῆ ἐςι, καὶ σιτία, καὶ ποτὰ, καὶ φάρμακα, καὶ ἄλλα μύρια· τὰ δέ γε ὠφέλιμα; τὰ δὲ ἀνθρώποις μὲν οὐδέτερα, ἵπποις δέ. τὰ δὲ βουσὶ μόνον· τὰ δὲ κυσί· τὰ δέ γε τούτων μὲν οὐδενὶ, δένδροις δέ. τὰ δὲ τοῦ δένδρου ταῖς μὲν ῥίζαις ἀγαθὰ, ταῖς δὲ βλάςαις πονηρά. οἷον καὶ ἡ κόπρος πάντων τῶν φυ-

τῶν ταῖς ῥίζαις ἀγαθὸν παραβαλλομένη· εἰ δὲ θέλοις ἐπὶ τοὺς πτόρθους καὶ τοὺς νέους κλῶνας ἐπιβάλλειν, πάντα ἀπόλλυσιν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαιον τοῖς μὲν φυτοῖς ἅπασιν ἐςὶ πάγκακον, καὶ ταῖς θριξὶ πολεμιώτατον ταῖς τῶν ἄλλων ζώων, πλὴν ταῖς τοῦ ἀνθρώπου. ταῖς δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἀρωγὸν, καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι. οὕτω δὲ ποικίλον τι ἐςὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ παντοδαπὸν, ὥςε καὶ ἐνταῦθα, τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ σώματος ἀγαθόν ἐςι τῷ ἀνθρώπῳ, τοῖς δ' ἐντὸς ταὐτὸ τοῦτο κάκιςον. καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἰατροὶ πάντες ἀπαγορεύουσι τοῖς ἀσθενοῦσι μὴ χρῆσθαι ἐλαίῳ ἀλλ' ἢ ὅτι σμικροτάτῳ ἐν τούτοις οἷς μέλλει ἔδεσθαι, ὅσον μόνον, τὴν δυσχέρειαν κατασβέσαι τὴν ἐπὶ ταῖς αἰσθήσεσι ταῖς διὰ τῶν ῥινῶν γιγνομένην ἐν τοῖς σιτίοις τε καὶ ὄψοις. Prot. p. 203. A. Diximus caute tum hoc loco cum ceteris ejus similibus esse utendum, utpote in quibus non occulte victoriis, quas de Sophista reportavit, Plato exsultat. Verum hoc affirmari posse existimamus, ut multorum Sophistarum ita Protagorae etiam fuisse operosum quoddam dicendi genus, anili loquacitati propius, quam verae eloquentiae ubertati.

Otiosis autem quaestionibus quantopere indulserit, documento sint quae refert Plutarchus in Pericle. p 172. A. „Quum Epitimius Pharsalius „ in quinquertio equum imprudens jaculo percussum occidisset, Periclem totum diem cum „ Protagora consumsisse, ut quaererent quis verus habendus esset hujus casus auctor, jaculum, jaculator, an agonothetae." Nos quidem hanc narratiunculam nulla fide dignamur: tales enim de patre rumores spargebantur a filio Periclis Xanthippo, prodigo juvene, indigne fe-

ferente, quod propter parentis frugalitatem, genium suum oblectare non satis laute poterat: τὸ δὲ μειράκιον ὁ Ξάνθιππος ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ, τοὺς λόγους οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν. Deinde vix credendum est, Periclem, elegantissimum sagacissimumque virum, cujus vita occupata esset in gravissimis civitatis rebus tractandis, ad tam abjectas nugas potuisse descendere. Sed ex hoc loco id tantum effici velimus, hujusmodi quisquilias non alienas fuisse a Protagorae ratione, quae tali criminationi ansam praebuisse videtur.

Caeterum de ejus stilo haec habet Philostratus, p. 495. γνοὺς δὲ τὸν Πρωταγόραν ὁ Πλάτων σεμνῶς μὲν ἑρμηνεύοντα, ὑπτιάζοντα δὲ τῇ σεμνότητι, καὶ που καὶ μακρολογώτερον τοῦ συμμέτρου, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ μύθῳ μακρῷ ἐχαρακτήρισεν, ad quae verba Olearius: nescio, inquit, an „ respiciat locum in Theaeteto, ubi μῦθος di„ cuntur quaedam a Protagora prolata." Videtur Olearius significasse Theaet. p. 123. C. ubi Socrates refutato Protagorae *de homine rerum mensura* placito, καὶ οὕτω, inquit, δὴ μῦθος ἀπώλετο ὁ Πρωταγόρειος, καὶ ὁ σὸς ἅμα ὁ τῆς ἐπιστήμης καὶ αἰσθήσεως, ὅτι ταὐτόν ἐστι. Ibi vero Socrates Protagorae dictionem minime respicit. Nos quidem postrema Philostrati verba, sic interpretanda censemus: „ Plato — ejus dicendi „ rationem in longa fabula adumbravit:" Adeoque Philostrato observata fuerit Protagorea illa fabula, cujus supra excerptum dedimus, §. 3.

Omnino probabile est, duplex fuisse scribendi Protagorae genus: unum tersum ac simplex, qualeque esse debebat artes scientiasque tradentis,

de rerum caussis disputantis; alterum dialecticae spinis obsitum, perplexum, impeditum. Hujus autem generis fuerint isti libri, et declamationes, in quibus illi supra expositae sententiae adhaereret, *in utramque partem de quavis re disputari posse.* Ejusdem forte generis fuerint pleraeque earum scriptionum, in quibus de ipsa Rhetorica ageret: neque nimis conjecturae indulgere videbimur, si putamus Protagoram, quo longius aetate proveheretur, eo magis vidisse, capiendos esse, aut sane capi posse Atheniensium juvenum animos, istis ambitiosae dialectices praestigiis, quarum vanitatem ostendit Aristoteles, in duobus libris περὶ Σοφιστικῶν ἐλέγχων (1).

§. 5.

De Protagorae docendi ratione.

Si verum est, quod supra, §. 4. significavimus, Protagoram docuisse Grammaticam in quodam Thraciae vico, probabiliter admodum conjicitur, eum

(1) Uno tantum loco Protagorae disertis verbis meminit Aristoteles, nimirum, l. I. c. 13. ubi haec leguntur: Σολοικισμὸς δὲ, οἷον μέν ἐστιν, εἴρηται πρότερον. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντα φαίνεσθαι, καὶ ποιοῦντα μὴ δοκεῖν, καθάπερ ὁ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μῆνις, καὶ ὁ πήληξ, ἄῤῥεν ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ λέγων οὐλομένην, σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις. ὁ δὲ οὐλόμενον, φαίνεται μὲν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει. Recenset enim Aristoteles quinque illa, ὧν στοχάζονται οἱ ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιζόμενοι, καὶ διαφιλονεικοῦντες, scilicet ἔλεγχος, ψεῦδος, παράδοξον, σολοικισμὸς, καὶ τὸ ποιῆσαι ἀδολεσχῆσαι τὸν προσδιαλεγόμενον. Vid. ibidem, Cap. 3.

eum vitae sustentandae causa hoc fecisse, primumque fuisse, qui alios mercede institueret: praesertim quum, Suida teste, λόγος ἔμμισθος a civibus suis cognominatus fuerit. At vero sive hoc credamus, sive potius arbitremur, illum in Sicilia et in magna, quae dicebatur, Graecia alios hoc factitantes esse imitatum, primus certe mercede docendi consuetudinem Athenas intulisse censendus est. Itaque Diogenes L. IX. 52. οὗτος πρῶτος, inquit, μισθὸν εἰσεπράξατο μνᾶς ἑκατόν. Cff. omnino Auctt. ibi H. a Menagio. Hanc autem, vel quantamcumque mercedem, eum annuam a discipulis accepisse tradit Gellius, N. A. V. 3. „ Is tamen Protagoras acerrimus Sophis„ tarum fuit. Pecuniam quippe ingentem cum a „ discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id „ docere, quanam verborum industria causa in„ firmior fieret fortior." In alia omnia abit Aristoteles Eth. ad Nicom. X. 1. ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν. ὅτε γὰρ διδάξειεν ἅ δή ποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν ὅσου δοκεῖ ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. E quibus patet (gravissima enim apud nos est Aristotelis auctoritas), non talem fuisse Protagorae avaritiam, qualem vulgo primis Sophistis objiciunt; quamvis tamen haud infiteamur, fuisse hanc Protagoream liberalitatem magis mercatoriam et cauponariam, quam vere ingenuam.

Tametsi Protagoram etiam ob oculos habuisse putandus est Aristoteles, in l. l. C. I. §. 5. similesque inter se Protagorae ac Gorgiae docendi modi fuisse videntur (1) observandum ta-

(1) Diog. L. IX. 50. οὗτος καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος λόγους ἀναγινώσκοντες ἠρανίζοντο.

tamen est, illius vitam magis quam Gorgiae fuisse privatam; Vid. supra, §. 4. Unde fortasse factum sit, ut acrius juventuti erudiendae incumberet; itaque fuerit jam ejus consuetudo, ut priscorum heroum laudes oratione celebraret, minus tamen huic generi indulsisse videtur, verum Rhetorica artificia, vel subito, vel de scripto, discipulis tradidisse. In Platonis quidem *Protagora* fingitur Sophista, cum auditoribus modo sedens, mode deambulans domi Calliae; quam rationem eum plerumque secutum esse eo probabilius est, quod discipulos suos disputandi arte et audacia instruxisse dicitur. Eo sane ducit illud Gellii, *acerrimus Sophista*, et Timon apud Diog. L. IX. 52.

Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς, unde fortasse non immerito ab eodem Diogene dictum sit, ὅτι τὸ Σωκρατικὸν εἶδος τῶν λόγων πρῶτος ἐκίνησε.

Quodsi quis adimadvertit, id quam diversas saepe sententias, in Protagorae vita enarranda, fuerimus delati, fateatur necesse est, justam hujus Sophistae aestimationem omnium rerum esse difficillimam. Breviter tamen nostram opinionem enunciabimus; quam si minus aliis persuademus, affirmare haud dubitamus, nos in quovis judicio de rebus Sophistarum faciendo, non temere ac negligentes egisse, sed diu ponderatis ab utraque parte rationibus et tamquam calculis subductis, omnes ingenii vires, si tamen aliquo ingenio valebamus, intendisse, ut potiorem sententiam eligeremus.

Ita-

Itaque Protagoras cum sero et aetate jam adulta ad scientiarum studium se applicuisset, et propter vagum vitae genus, instituendaeque juventutis occupationem, istas non nisi a limine salutasset, imprimis accedente ingenio subtili, sed ad vanitatem propensiore, saepius artium scientiarumque cognitionem affectabat, quas tamen non penitus tenebat. Quum vero intelligeret, nominis sui nullam fore celebritatem perpetuam, nisi verae doctrinae defectum aut vanae scientiae ostentatione compensaret, aut artificio celaret, posuit nihil sciri, dici, affirmari, laudari solere, quod non etiam ignorari, negari, culpari posset. Hanc sententiam cum satis avide amplecterentur homines inprimis juvenes, sensim omnis ejus disciplina ad Rhetoricam, et Dialecticam deflexa in his constitit, quae quam longe eum abduxerint ostendunt Diogenis verba, L. IX. §. 52. *καὶ λόγων ἀγῶνας ἐποιήσατο, καὶ σόφισμα τοῖς πραγματολογοῦσι προσήγαγε, καὶ τὴν διάνοιαν ἀφεὶς, πρὸς τοὔνομα διελέχθη, καὶ το νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν.* Fuit igitur ejus *ἀντικειμένος λόγος* non oratio veritatis indagatrix, non errorum falsarumque opinionum expultrix, non denique speciosarum argumentationum argutias refutabat, sed inani vocabulorum aucupio auditorum animos occupabat, ac voces, non res ipsas refellebat. Iniquum autem sit, in hoc judicio requievisse: non enim semper Protagoram hac ratione usum esse putamus, sed de multis rebus aut disseruisse doctius, aut scripsisse elegantius; at vero non sine periculo negetur, eum Sophisticae patrem merito vocari, ac nisi ipse omne elegantioris doctrinae studium in perniciem vocaverit, eo tamen artibus scientiis,

 im-

imprimisque philosophiae obfuisse, quod ex ejus disciplina orirentur alii, qui posthabita rerum intima cognitione, in vocibus haererent, quaeque rationibus evincere aut confutare non possent, haec misera argumentandi subtilitate argutiisque in omnes partes versarent, ac nebulas veritati objicerent.

CAPUT III.

PRODICUS.

§. 1.

De Prodici vita, ingenio, moribus.

De Prodici vita rebusque gestis perpauca cognita sunt. Quod eo magis mirandum est, cum ille minime postremus inter Sophistas censeatur, sed a Platone aliisque vulgo cum Protagora et Gorgia jungi ac componi soleat (1). Et dolendum quidem est, hujus viri fata ab antiquioribus scriptoribus prorsus esse neglecta, cum a Xenophonte inde, celebratissima sit per totam antiquitatem illa fabula Prodicia de Hercule, quae quamvis fortasse a Xenophonte orationis coloribus ornata sit atque exculta, eam tamen continet virtutis, temperantiae, sobrietatis commendationem, quae pugnet cum luxuriae mo litiaeque infamia, quam alii Prodico intulerunt.

Solet Prodicus Ceus cognominari, (2) quippe, ut

(1) Vid. Plato, Theäet. 1184. ubi narrat Socrates, se juvenes e quibus obstetricia sua arte foetum elicere non posset, Prodico tradere aliisve Sophistis. cf. *Theag.* 10. F.

(2) A nonnullis per errorem Chius vocatus est: vid.

ut videtur, natus in insula Ceo, ejusque urbe Julide (1). Quo tempore hac insula relicta, se in alicujus philosophi disciplinam tradiderit, difficile fit ad conjectandum. At sive Protagorae Graeciam peragrantis fama audita, ad eum profectus sit, sive forte ipsum Protagoram, aliquando in Ceo insula commoratum, juvenis Prodicus secutus sit, eum Protagorae fuisse discipulum tradit Suidas, in Πρόδικος. Nam quae Socrates apud Platonem (Hipp. Maj. 96. B) dicit: „ amicus noster Prodicus, et saepe alias publi„ cis muneribus functus est, et nuper ex Ceo „ insula publice veniens, cum in consilio verba „ fecisset, summopere probatus est, et privatim „ sui speciem praebens, juvenesque erudiens, in„ numeras pecunias lucratus est," haec igitur de prima ejus ex insula profectione accipienda esse videntur. Omni enim, ut ex hoc loco patet, Sophisticae supellectili instructus, quam quidem sibi in hac insula parare vix potuisset, Athenas veniebat: tum illud *nuper* a Socrate usurpari non potuisset, si tum demum Prodicus cum Socrate familiaritatem contraxisset, a quo tamen alibi ipse Socrates se didicisse profitetur: (Plato Men. p. 23. C. Crat. 257. E.

Quod si fuit Prodicus e Protagorae discipulis, jam inde sequitur eum multum fuisse perigrinatum, Graeciamque obiisse. In Boeotia illum doctrinam suam explicuisse, colligas e Philostrato l. l. referente, tantum fuisse Prodici eruditionis no-

vid. Menag. ad Diog. L. IX. 50. Olear. ad Philostratum, p. 496. Geerius Diatr. in Pol. Plat. principia, p. 7. in nota, et Baylius in voce *Prodicus*.

(1) Suidas in Πρόδικος.

nomen, ut Xenophon quoque Grylli filius, in Boeötia carcere detentus, disserentem audiverit, corporis vade constituto. Sed non constat unde hoc habuerit Philostratus, cum caetera antiquitas hanc Xenophontis servitutem ignoret.

De Prodici autem peregrinatione diserte Plato, in Theag. 10. F. „ Sin vero civilium viro„ rum consuetudinem Theagus hic contemnit, „ aliosque quaerit, qui se posse profiteantur ju„ venes instituere, est hic Prodicus Ceus, et „ Gorgias Leontinus, et Polus Agrigentinus, „ aliique multi, qui tam sapientes sunt, ut ur„ bes circumeant, nobilissimisque et ditissimis „ juvenibus persuadeant ut se audiant " Saepius autem Athenis commoratus esse videtur, ibique ultimam vitae partem degisse, de cujus fine unum existit, idque levissimum testimonium Suidae, qui eum Athenis cicutam bibisse tradit, quod juventutis mores corrumperet (1), quem locum si conferimus cum Philostrati verbis, l. l. *ἀνίχνευε δὲ οὗτος τοὺς εὐπατρίδας τῶν νέων, καὶ τοὺς ἐκ τῶν βαθέων οἴκων, ὡς καὶ προξένους κεκτῆσθαι ταύτης τῆς θήρας. Χρημάτων τε γὰρ ἥττων ἐτύγχανε, καὶ ἡδοναῖς ἐδεδώκει* (2), vix ne-

(1) Id certe nondum accidisse verosimile est, cum Plato illa scriberet, quae leguntur in Menone, p. 21. ubi miratur Socrates „ quodomo potuerint „ Sophistae tandiu juventutem pervertere, et tamen „ magno esse honore ingentique auditorum turba „ stipari." Loquitur ibi Socrates post Protagorae mortem, de cujus genere ne verbo quidem meminit. Vid. Protagorae vita.

(2) Putet fortasse quis, illud *ἐδεδώκει* mutandum esse in *ἐνεδεδώκει*, cum vulgaris sit loquendi formula *ἐνδιδόναι*

negari posse videbitur, fuisse Prodicum prae ceteris Sophistis colligendarum divitiarum studiosum.

Hanc autem suspicionem augent verba Platonis, in *Crat.* 257. E. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τούτο πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμαίαν. οὔκουν οἶδα πῆ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τοιούτων. quibuscum cf. Axiochus, 729. F. Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηγήματα· τὰ μὲν διμοίρου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυοῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου. προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει. In quibus locis quamvis acerbissimus jocus facillime dignoscatur, videtur tamen Prodicus hanc consuetudinem servasse, ut e suae doctrinae penu aut viliora, aut pretiosora depromeret ac venditaret, prout discipuli vel parvam vel magnam pecuniae copiam offerrent (1). Eum vero lectionum suarum quasi quandam seriem composuisse, addito uniuscujusque pretio, qualem apud nos popinarii tabernarum parietibus suspendere solent, e qua quisque convivarum discat, quo pretio, habita cru-

νχι ταῖς ἡδονχῖς. Verum διδόναι hoc sensu frequentari solet a Philostrato, quod satis docte ostendit Olear, ad ejus Vit. Apoll L. I. c. 7.

(1) Nam nostra quidem sententia, dubitari non potest, quin celebrata illa πεντηκοντάδραχμος ἐπίδειξις fuerit de aliqua arte praeceptum vel praecepta, non oratio accurate praeparata; in quo tamen dijudicando multum operae insumsit Baylius, in voce *Prodicus*.

crumenae ventrisque ratione, aut modico simplicique cibo famem sedare, aut exquisitioribus cupediis sese ingurgitare possit; hoc igitur commentum jocoso Platoni relinquimus. — Quod tradunt Suidas, in Πρόδικος, et Schol. Aristophanis ad Nub. 360. πρῶτος δὲ οὗτος τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν ἐποιήσατο, e Platone confectum et nobis quidem suspectum videtur: nam quid significant illa, nisi Prodicum primum fuisse qui ad quinquaginta drachmas pro institutione posceret? At Protagoram et Gorgiam jam centum minarum pretium petiisse, supra vidimus.

Mirari autem subiturum esset, tam altum esse Platonis de Prodici luxuria silentium, nisi hic saepius aut serio aut Socratico joco significaret, corrumpi solere juventutem a Sophistis, numquam tamen aperte ostenderet, quaenam esset illa corruptio, aut quomodo fieret. Quod quum dicimus, illam significamus morum corruptelam, quae privatae vitae dissolutione et licentia censetur. Nam quis inficias eat, quosdam e Sophistis Atheniensium rationem politicam pervertisse? Vid. omnino Geelius, in disp. I. Sect. II §. 4. Quicquid autem hoc silentium habuerit causae, (quam nos equidem explicare nos possumus) non valere illud arbitramur ad Prodicum absolvendum vivendi generis crimine, dilicatioris quidem quam quod egregiis illis sententiis conveniret, quibus virtutem in fabula sua Herculi persuadentem fecerat.

Unus est locus Platonis, in *Protagora*, 206. C. ubi Socrates Protagorae affirmans, recte Prodicum quemdam Simonidis versum interpretatum esse, si alia Prodici mens fuisset; ἀκόλαστον ἄν τινα, inquit, λέγοι Σιμωνίδην ὁ Πρόδικος, καὶ οὐδαμῶς

μῶς Κεῖον: in quibus verbis latet fortasse convicium. Sed in toto illo dialogo ita leporibus et festivitati indulsit Plato, tam pauca ibi serio dicta inveniuntur, ut haec etiam jocanti, nullo calumniandi consilio, excidere potuerint. Quae habet autem Plato, in *Protagora*, de Prodico in multis stramentis decumbente, ea magis accipienda videntur de ejus corporis valetudine, quam de animi mollitie. Sed non reticendus est locus Aeschinis, Dial. III. c. 23. ubi Socrates ad Eryxian: ἴσως, inquit, οὖν καὶ οἱ παρόντες τοιοῦτόν τι πεπόνθασι πρὸς σὲ καὶ Πρόδικον. τὸν μὲν σοφιστὴν καὶ ἀλάζονα ἡγοῦντο εἶναι, σὲ δὲ πολιτικόν τε καὶ ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον. εἶτα οἴονται δεῖν μὴ αὐτὸν τὸν λόγον θεωρεῖν, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι. Disputaverat autem Prodicus *de Divitiis*, haud male quidem, sicut ipse Socrates judicabat. — Significatur igitur, quamvis minus aperte, non eum fuisse Prodicum, cui de Divitiarum contemtu egregie disputare liceret.

Enimvero nimium auctoritatis Suidae et Philostrato tribuere videntur, qui e supra memoratis efficiunt, fuisse Prodicum dissolutissimis moribus, juvenumque animis vitiorum semina de industria insevisse. Vid. Cresollius, Theatr. Rh. passim, Tennem. p. 379. Meiners. in opere laud. Tom. III. p. 294. quorum hic in nota adfert Scholiastem Aristophanis, ad Nubes. 360, ubi legitur ἐπὶ κιναιδείᾳ δὲ διεβάλλετο. At quanta testimonii levitas, in re tam gravi, cujus nos alia vestigia frustra quaesivimus.

Tradit Philostratus, Prodici pronunciationem fuisse gravem auribusque injucundam; παρελθὼν ἐς τὸ βουλευτήριον ἱκανώτατος ἔδοξεν ἀνθρώ-

ἀνθρώπων, καί τοι δυσήκοον καί βαρὺ φθεγγόμενος (1). At vel ex hoc loco apparet, quam exiguum ſit Philoſtrati judicium in veterum ſcriptorum teſtimoniis colligendis: non dubitamus enim, quin hoc effecerit e Platone, Prot. 195. C., ubi Socrates narrat, ſe domi Calliae vidiſſe Prodicum in tabernaculo quodam (οἰκήματι) docentem: ad quem cum auſcultandi cupidus propius accederet, ſe nihil audire potuiſſe, reſonante videlicet tabernaculo propter graviorem Prodici vocem, ſonosque confundente: ἀλλὰ διὰ τὴν βαρύτητα τῆς φωνῆς βόμβός τις ἐν τῷ οἰκήματι γιγνόμενος ἀσαφῆ ἐποίει τὰ λεγόμενα. Hinc etiam orta ſunt illa verba, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ φησὶ βαρύφωνον εἶναι τὸν Πρόδικον, apud Diog. L. IX. 50. quae librario debentur. Quamvis igitur gravior fuerit vox Prodici, non tamen ingratam aut omnino ad diſtinguendum difficilem fuiſſe neceſſe eſt, neque tabernaculi vitium in ipſum Prodicum erat convertendum. At majore jure poſſit affirmari, fuiſſe Prodicum gracili corpore, ac non ſatis valida ſanitate. Plutarchus enim, in libro cui titulus εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτεύτεον, Tom. II. p. 791. E. ὥσπερ οὖν, inquit, ὁ Πρόδικον τὸν σοφιστὴν ἢ Φιλητᾶν τὸν ποιητὴν ἀξιῶν πολιτεύεσθαι, νέους μὲν, ἰσχνοὺς δε καὶ νοσώδεις, καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι' ἀῤῥωστίαν ὄντας, ἀβέλτερός ἐστιν, οὕτως ὁ κωλύων ἄρχειν καὶ στρατηγεῖν τοιούτους γέροντας οἷος ἦν Φωκίων κ. τ. λ. quae verba omnino ſunt conferenda cum Platone, Prot. 195. F. ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἔτι κατέκειτο, ἐγκεκαλυμμένος

(1) Philoſtr. l. l. cf. qui eum ſecutus eſt, Bruck. Hiſt. Phil. Tom. I. p. 525 not. K.

μένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ μάλα πολλοῖς, ὡς ἐφαίνετο: in quibus illud ἔτι sic explicandum videtur; ut intelligamus Prodicum domi Calliae in tabernaculo per noctem decubuisse. Venerant enim eo Socrates et Hippocrates, valde matutina hora. At eodem jam tempore ibi in vestibulo cum auditoribus deambulabat Protagoras, sedensque Hippias circumsedentes docebat: significat igitur Socrates minus robustam Prodici sanitatem, eumque corporis habitum, qui delicatiore cura indigebat. — Videtur sane Plutarchus aliquem habuisse fontem, praeter Platonem, e quo ista hauserit, eoque magis quod juvenem Prodicum morboso corpore fuisse significet. Fortasse autem Prodicus, cum in Graeciae continentem primum trajiceret, imbecilla fuerit valetudine, quam deinde corporis motu, continuisque itineribus, non adeo corroboraverit, quin ea semper laboraret virium imbecillitate; quae diuturniorem molliorem que requiem membrorum requireret.

Sed age tandem ex his conjecturarum quasi nebulis in certiorem historiae lucem progrediamur, eaque colligamus, quae ad Prodici ingenium, philosophiam, eloquentiam enarrandam pertineant.

Itaque e supra disputatis videmus, imprimis valuisse Prodicum rei politicae scientia, et Philostratus, p. 496 πρεσβεύων δὲ, inquit, παρὰ Ἀθηναίοις, παρελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον, ἱκανώτατος ἔδοξεν ἀνθρώπων. Erat quidem illa peritia diversa ab hac πολιτείᾳ, quae vero philosophiae fundamento niteretur, et cujus Plato passim in dialogis praecepta promit. Vid. Geelius, disp. l. c. I. et alibi. Fuerit adeo Prodici

scien-

ſcientia multarum rerum cognitio, conjuncta cum orationis minime vulgaris uſu, qua civitatis ſuae mandata facunde exponebat, ejusque commoda et utilitates perite tuebatur. Inſigni eum fuisſe eruditione, tum ſupra memorati loci Platonici traditaque a Philoſtrato ſatis manifeſte declarant, tum diſerte Socrates apud Platonem *πάνσοφος γάρ μοι*, inquit, *δοκεῖ ἀνὴρ εἶναι καὶ θεῖος*. Vid. Plato, Prot. 195. C. Quodſi quis nobis objiciat ſolere Socratem, apud Platonem, Sophiſtarum eruditionem ſummis laudibus celebrare, eodem tempore quo eorum opiniones refutet, indeque hujus etiam de Prodico teſtimonii vim auctoritatemque infirmare velit, huic reſpondemus, eam eſſe ſupra memorati loci naturam, ut nobis quidem nulla dubitatio relinquatur, quin ex animi ſententia Socratem Prodici doctrinam Plato magni aeſtimantem faciat; ſed hoc animo quidem ſentiri poteſt, verbis probari nequit. Praeterea vix auſus fuerit Plato Socratem fingere eundem virum acerbo joco ludentem, a quo ſe profeciſſe teſtaretur in *Menone*, cujusque ſapientia in proverbium abiiſſet, de quo vid. Schol. ad Ariſtoph. Nub. 360. et Suid. in Πρόδικος (1) quamvis illud Προδίκου σοφώτερος ſequentibus temporibus natum arbitremur, quippe cum iſta *fabula Prodicia* in omnium ore eſſet, et pro ſcriptione omnibus numeris abſolutisſima ac vitae inſtituendae exemplo haberetur. Vid. Cubaeus *de Prodico*, quem meminimus de Prodici imitatoribus copioſe diſputare.

§. 2.

(1) Neſcio qua de cauſa Eraſmus in Adag. omnino diverſam hujus proverbii interpretandi rationem ineat: vult enim Προδίκου eſſe *quaſi praejudicatorem*.

§. 2.

De Prodici Scriptis.

Fabulam de Hercule fcripfit Prodicus *ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ηρακλέους*; verba funt Xenophontis, Apomn. p. 737. D. Suidas in *Πρόδικος* et Eudocia. p. 365. eam fcriptam fuisfe tradunt in libro, cui titulus *ὧραι*. Nos quidem Xenophonti credimus. Praeter hunc libellum nulla fere Prodici fcripta memorata invenimus: videturque fibi adeo cum hac fua Herculea fabula placuisfe, tantumque in eam laboris impendisfe, ut quodammodo ejus effoetae vires ingenii nihil in hoc genere, quod hujus fcriptionis laudem fuperaret aut aequaret, praestare potuerint. Nam quae extat ejus oratio apud Aefchinem, vel quisquis tandem fuerit auctor dialogi, cui titulus Axiochus (1) (Vid. Plato p. 729.

(1) Nos quidem hanc litem dirimere non audemus, fed miramur, quomodo extiterint, qui duos dialogos Aefchinis Socratici, fecundum et tertium, ab eodem fcriptore profectos esfe arbitrarentur. In tertio, five *Axiocho*, omnia quae ad Sophistas, imprimis ad Prodicum pertinent, funt mere Platonica: ibi Socrates quidem de Prodici laude detrahit, fed furtim, jocofe, adeo ut laudari ab eo putes, quem revera ludit ac contemnit. In altero, five *Exyxia*, inducitur Prodicus disputans cum juvene ab eoque victus, quo nihil alienius a Platonica ratione excogitari poterat, cui magis etiam repugnant, quae leguntur in Cap. 19. *ὑποπτεύσας δὲ (μοι δοκεῖ) ὁ Πρόδικος, ᾗ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῷ, σφόδρα πανούργως, ἵνα μὴ πάντων παρόντων ἐναντίον φαίνοιτο ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου (μόνῳ μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτο παθεῖν, οὐδὲν ᾤετο διαφέρειν) ἔφη κ. τ. λ.*

729. sq.) languidior multo est; quam quae Xenophon servavit: eaque an scripta fuerit, dubitationem habet, propter haec verba: (729. C.) καὶ πρώην γοῦν παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου ποιούμενος ἐπίδειξιν, τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπεν, ὥςε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον. — Mox cum Axiochus rogasset: τίνα δὲ ἦν τά λεχθέντα, respondet Socrates: Φράσαιμι ἂν σοι ταῦτα ἃ μνημονεύσω: quamvis Sophistarum ἐπίδειξις tam subita; quam praeparata oratio fuisse videatur. Non eo tamen haec disputavimus; ut putaremus; nihil aliud scripto mandasse Prodicum. Id quidem parum verosimile videtur in viro, qui simul cum Gorgia Tisiaque in Sicilia floruit. (Vid. Dion. Hal. p. 94. Edit. Sylb.) quorum ille tunc multos praesertim Rhetoricos libros scribebat. Quinct. Instit. Orat. III. 1. tradit, Prodicum una cum Protagora aliisque locos communes conscripsisse Cum autem maxime vocabulorum significationibus recte distinguendis Prodicus studeret (de quo studio ejus infra pluribus agemus), eamque vocabulorum doctrinam discipulis suis traderet; (Vid. Plato Euthyd. p. 217. D.) omnino probabile est, eum de hac etiam arte quaedam conscripsisse. E Ciceronis verbis, de Orat. III. 32. „ quid de Prodico Chio (Ceo); quid „ de Thrasymacho Chalcedonio; de Protagora „ Abderita loquar? quorum unusquisque plurimum, temporibus illis, etiam de natura rerum „ et disseruit et scripsit." ex his igitur verbis, parum proficias, nisi credas librum Ὡρῶν ejusmodi fuisse in quo de natura et anni tempestatibus dissereret, in eoque fabulam *de Hercule bivio* episodii cujusdam locum obtinuisse.

§. 3.

De Prodici Philosophia.

De Prodici philosophia fortasse fatendum est, eam quippe Protagorea juniorem, a recta via etiam magis deflexisse; quamvis in hac documentorum penuria, difficile sit eam ex veritate aestimare. Quantum autem nostrae ejus admirationi accedit, fabulam de *Hercule bivio* legentibus; in qua eae de virtute sunt sententiae, quae e Socratico fonte haustae videantur; tantum inde detrahitur, si Philostrato credimus narranti, Prodicum hanc fabulam mercede declamitasse, civitates obeuntem, hominesque Orphei et Thamyridis modo oblectantem (1), eumque propterea magno in honore fuisse apud Thebanos, majore vero apud Lacedaemonios, quippe haec tamquam juventuti erudiendae perquam idonea avide excipientes. (Philostr. proöem ad Sophist. vitas, p. 482. sq.). Nihil quidem obstare videtur, quominus huic Philostrati testimonio fides habeatur: minime enim alienum est a Sophistica ostentatione. Et videtur circumforanea hujus Allegoriae declamitatio impri-

(1) Fortasse hic Philostrati animo obversati sunt Platonis verba, in Prot. p. 195. D. οὓς (ξένους) ἄγει ἐξ ἑκάστων πόλεων ὁ Πρωταγόρας, δι' ὧν διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς. οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται κεκηλημένοι. Ex eodem fonte fluxit, quod de Sophista habet Dio Chrysostomus Orat. XXXV. p. 432. A. οὗτος μὲν ἴσως οὐ μέγας κίνδυνος, εἴ τις αὑτῷ καὶ ἑτέροις δοκεῖ δεινὸς εἶναι. καὶ περιάξει πλῆθος ἀνθρώπων ἀνοήτων· ὥσπερ τὸν Ὀρφέα φασὶ τὰς δρῦς, καὶ τὰς πέτρας, καὶ τοὺς λίθους.

primis eo valuisse ut et tum omnium sermonibus celebraretur, et postea egregium imitationis exemplum a multis auctoribus haberetur. Vid. imprimis Krug. *Gesch. der Philosophie* p. 150. Verum quaecumque fuerit Prodici mens, elegantissima sane est ejus fabula, ac Virtutis Voluptatisque naturam tam egregie depingit, ut nescias quid magis mireris, veritatemne argumentorum an orationis suavitatem. Ut ut est, neminem in litteris ita hospitem esse arbitramur, quin Prodiciam fabulam tamquam digitos suos noverit, probeque sciat, quae in illa virtutis, quae voluptatis sint partes: itaque nobis exposuisse sufficiat, quo redeat ejus summa.

Hercules adolescens in bivio sedit, dubitans ingredereturne virtutis viam an voluptatis. Ibi duae mulieres ad eum accesserunt, altera liberali elegantique corpore, vultu ac vestimentis, altera supra modum exculta, et quovis ornatu venustatem ac pulcritudinem affectans. Et hujus quidem nomen erat *Ignava Voluptas*, quae prior Herculem allocuta est, docuitque, quae brevissima esset ad omnem felicitatem via, quam si persequi vellet, fore ut cujusvis voluptatis fructum sine ullo labore adipisceretur. Cum finem dicendi fecisset voluptas, altera mulier, quae *Virtus* appellabatur, ita juvenem allocuta est ut ostenderet viam, quam ipsa commendaret, ad quaevis honesta et praeclara ducere, non quidem sine aerumnis et sudore acquirenda, sed eo dulciora ac jucundiora, quo majores difficilioresque conatus requisivissent. Tum iterum Ignavia sermonem excipiens virtutem increpat, ejusque ingratam difficultatem ostendit, cujus quidem orationem Virtus mox interpellat, et vo-

voluptati desidiam inertiamque objiciens, nullum ejus verum fructum esse demonstrat, quippe ipsum desiderium praecurrentis: deinde sua ipsius bona enumerat, quantaque sit earum rerum jucunditas exponit, quibus tempestive fruimur, non cibum capientes nisi esuriamus, non potum nisi sitientes, non somnum nisi labore et vigiliis corpus defatigatum requiem desideret, et sic porro de caeteris. Denique ita sermonem concludit, ut doceat Herculem, nomen ejus, qui virtutem consecutus sit, post mortem quoque clarum fore et aeternae memoriae commendatum iri.

Operae quidem pretium fuisset, totum hunc locum Graece describere, ut aliquod haberemus Prodiceae eloquentiae specimen, nisi constaret, Xenophontem eum memoriter citavisse, qui quidem, pag. 737. E. *καὶ Πρόδικος*, inquit, — *ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται, ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι*, et in fine, p. 740. E. haec subjungit: *οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν. ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν.* (1)

Sed minus cognita est ejus *de vitae miseriis* de-

(1) Elegantissime hanc fabulam in paucis enarravit Meiners. in opere laudato, Tom. III. p. 286. sqq. Desideravimus G. A. Cubaei dissertationem *de Prodico*, quae prodiit Lips. 1797. Ille autem, quantum e semel inspecto libro meminimus, non de omnibus Prodici rebus egit, sed ejus solum *Herculeum bivium* explicuit. Cf. etiam Hardion. *sur. la Rhetorique etc.* Mém. de l'Acad. des B. L. Tom. XXI. p. 157. sqq.

declamatio, quam supra jam verbo tetigimus, quaeque inserta est in dialogo *Axiocho* (Vid. Plato p. 729. sq.) Hujus autem dialogi haec est occasio.

Venit obviam Socrati Clinias Axiochi filius, qui Socrati cum lacrymis narrat, patrem suum ita corporis viribus deficere, ut in vitae periculo versetur; ejusque animum mortis metu tam vehementer esse depressum, ut nihil hac calamitate magis timeat. Simul obsecrat Socratem, ut secum Axiochum adeat, patremque quavis ratione soletur et erigat. Sequitur eum Socrates, qui quum aegrotantem, hanc maxime ob causam, mortem horrere videret, quod relictis omnibus hujus vitae bonis, sine aliquo sensu jacentem, vermium ferarumque praedam relictum iri se putaret (1), — ita eum fere solatur, ut dicat, „ imperite illum agere, quod „ iis rebus se orbatum iri ploret, quorum tamen „ desiderium non esset sensurus: solutis his cor„ poris vinculis, animum in proprium locum re-

(1) Pulchra haec in Graecis: *ἀλλ' οὐχ οἶδ' ὅπως παρ' αὐτὸ μοι τὸ δεινὸν γενομένῳ οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι ὑπεκπνέουσι λεληθότως καὶ ἀτιμάζονται, ἀντίσχει δὲ δέος τι, ποικίλως περιαμύττον τὸν νοῦν, εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ Φωτὸς καὶ τῶν ἀγαθῶν, ἀειδὴς δὲ καὶ ἄπυστος ὅποι ποτὲ κείσομαι σηπόμενος, εἰς εὐλὰς καὶ κνώδαλα μεταβάλλων.* Ax. 729. D. Postrema minus accurate vertit Ficinus „ in pulverem vermesque conversus." Illi autem *καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι* non solum significant magnifica verba, fortes rationes, quibus antea Axiochus hujus vitae bona contemnere, mortemque laudare solitus erat, sed ipsas orationes, quae de hoc argumento sive a Prodico, sive ab aliis Sophistis habebantur.

„ restitutum iri: naturam homines istis corporum „ obvolucris non sine malo circumdedisse: esse „ enim voluptates breves, miserias diuturnas. „ Inde autem fieri, ut animus coelestem origi„ nem repetere gestiat." Posita est Prodici lamentatio de vitae miseriis inter hoc Socratis exordium, in quo jam beatae aeternitatis spes ostenditur, et ipsas rationes quibus revera aeternam esse animam demonstratur, et tandem Axiochi animum Socrates confirmat. Quamvis autem illa de vitae incommodis oratio, primo obtutu sola a Prodico profecta videatur, nos tamen, e toto hujus dialogi contextu, in hanc opinionem incidimus, esse etiam aliquas in exordio et fine Prodici partes. Nam hae quidem sententiae, *hujus vitae conditionem esse miserrimam*, et *omnem nostram spem in beata aeternitate esse positam*, arcte conjunctae sunt, easque etiam Cicero conjunctim ex hoc, ut videtur, dialogo in primum Tusc. Q. librum transtulit. Vid. ibi c. 34—36. et passim. Deinde illa Socratis verba (p. 729. F.) *ταῦτα δὲ ἃ λέγω, Προδίκου ἐςὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα*, ad proxime etiam praecedentes rationes referenda esse, cuivis locum attente inspicienti facile patebit.

Itaque cum Axiochus Socrati respondisset, mirari se, quod hic tam egregiis sententiis edoctus, tamen in hac vita haereret atque moraretur; Socrates: „ et revera, inquit, jam ad mo„ riendum factus sum propensior." Quibus dictis Prodici haec verba refert, p. 729. C. *Τί μέρος τῆς ἡλικίας οὐ τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον; οὐ λείπεται γοῦν οὐδεμιᾶς ἀλγηδόνος, ἀλλ' ἢ δι' ἔνδειαν, ἢ περιψυγμόν, ἢ θάλπος, ἢ*

πλη-

πληγὴν ὀδυνᾶται. λαλῆσαι μὲν οὔπω δυνάμενον ἃ πάσχει, κλαυθμυριζόμενον δέ. καὶ ταύτην τῆς δυσαρεστήσεως μίαν ἔχων φωνήν. ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται, πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες. αὐξομένου δὲ, κριτικοὶ, γεωμέτραι, τακτικοί· πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων εἴη, τὸ Λύκειον καὶ Ἀκαδημία, καὶ γυμνασιαρχία, καὶ ῥάβδοι, καὶ κακῶν ἀμετρίαι· καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. ἐπειδὰν δὲ ἀπολυθῇ τούτων, φροντίδες ἄντικρυς ὑπέδυσαν, καὶ διαλογισμοὶ, τίνα τὴν τοῦ βίου ὁδὸν ἐνστήσονται. καὶ τοῖς ὕστερον χαλεποῖς ἐφάνη τὰ πρῶτα παιδικὰ, καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα. στρατεῖαί τε γὰρ, καὶ τραύματα, καὶ συνεχεῖς ἀγῶνες. εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτης ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοὴν (1), πολ-

(1) Dignissimus est, qui cum his verbis conferatur, locus Musonii, apud Stob. Serm. I. p. 19, καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅτ' ἂν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ φρέαρ ἐγκλείσῃ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζομαι, ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας, οὐχ ὑπομένω. Neque Prodici in *Axiocho* verba fugerunt doctum Musonii editorem, Peerlkampium meum, quem vide p. 318. Videtur autem Prodicus eundem quem Musonius respexisse Atheniensium morem, apud quos si quis debitor solvendo non esset, licebat creditori tum alia tum do-

πολλάκις δὲ ἄμφω. κἂν ἐπιμείνῃ τὶς, παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρήρθρησεν (1). ἄλλοι πολὺ γήρως ἀκμάζουσι· καὶ τῶν δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. καὶ τοῦτο καὶ οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. Ἀγαμήδης γοῦν καὶ Τροφώνιος, οἱ δειμάμενοι τὸ Πυθοῖ τοῦ θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κράτιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες, οὐκέτ' ἀνέστησαν. οἵ τε τῆς Ἀργείας ἱερείας υἱεῖς, ὁμοίως εὐξαμένης αὐτοῖς τῆς μητρὸς γενέσθαι τι τῆς εὐσεβείας παρὰ τῆς Ἥρας γέρας, ἐπειδὴ τοῦ ζεύγους ὑστερήσαντος ὑποδύντες αὐτοὶ διήνεγκαν αὐτὴν ἐπὶ τὸν νεὼν, μετὰ τὴν εὐχὴν νυκτὶ μετήλλαξαν. μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι τὰ τῶν ποιητῶν, οἳ ποιήμασι θειοτέροις τὰ περὶ τὸν βίον θεσπιῳδοῦσιν, ὡς κατοδύρονται τὸ ζῆν· ἑνὸς δὲ μόνου μνησθήσομαι τοῦ ἀξιολογωτάτου, λέγοντος,

Ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις. καὶ
Οὐ μὲν γάρ τι που ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς
Πάντων ὅσσά τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.

τὸν δὲ Ἀμφιάραον τί φησι;

Τὸν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
Παντοίῃ φιλότητ', οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν.

ὁ δὲ κελεύων

Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ, τί σοι φαίνεται; ἀλλὰ παύομαι, μή ποτε παρὰ τὴν ὑπόσχεσιν μηκύνω, καὶ ἑτέρων μιμνησκόμενος. ποίαν

domus quoque januam pignoris loco auferre. Vid. imprimis Demosth. contra Timocr. Tom. I. p. 762. Edit. Reisk.

(1) Legendum videtur παρήρθρωσεν, quod Stobaeus habet.

ποίαν δέ τις ἑλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην, οὐ μέμψεται, καὶ τοῖς παροῦσι χαλεπαινεῖ; τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν, καὶ βαναύσους, πονουμένους ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα, καὶ μόλις πορίζομένους τὰ ἐπιτήδεια· κατοδυρομένων τε αὐτῶν, καὶ πᾶσαν ἀγρυπνίαν ἀναπιμπλάντων ὀλοφυρμοῦ καὶ δακρύων. ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα, περαιούμενον διὰ τοσῶνδε κινδύνων· καὶ μήτε (ὡς ἀπεφήνατο Βίας) ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν. ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρωπος, ὡς ἀμφίβιος, αὑτὸν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ τύχῃ γενόμενος πᾶς. ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκύ. δῆλον. ἀλλ' οὐχ ὅλον, ὥς φασιν, ἕλκος ἀεὶ λύπης πρόφασιν εὑρισκόμενον; κλαῖον νυνὶ μὲν αὐχμὸν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας, νυνὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυνὶ δὲ ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον, ἢ κρύος; ἀλλ' ἡ πολυτίμητος πολιτεία (πολλὰ γὰρ ὑπερβαίνω) διὰ πόσων ἐλαύνεται δεινῶν; τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλλομένην καὶ σφυγματώδη· τὴν δὲ ἀπότευξιν, ἀλγεινὴν καὶ θανάτων μυρίων χείρω. τίς γὰρ ἂν εὐδαιμονήσειε πρὸς ὄχλον ζῶν, εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη δήμου παίγνιον ἐμβαλλόμενον (1);

συ-

(1) Stobaeus, in fine sermonis XCVI. totum hunc locum habet, ibique pro ἐμβαλλόμενον legit ἐκβαλλόμενον, quam lectionem Horreus, ad hunc Axiochi locum, pag. 146, perperam rejicit. Est enim haec vox e re scenica desumta, dicebaturque actor e scena ἐκπίπτειν, vel ἐκβάλλεσθαι, si personam male vel indecore ageret. Imprimis huc facit Lucian. in Nigr. c. 8. ἑώρακας ὑποκριτὰς, τῶν συριττομένων λέγω τούτων, καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων. Cf. Hemst. ibid. ad C. 9. Demosthenes quoque, *de falsa Leg.* Tom. I. p. 449. Edit R.

ὅτε

συριττόμενον, ζημιούμενον, θνῄσκον, ἐλεούμενον.

Quae tum sequuntur, de virorum Politicorum periculosa in republica statione, ex ipsius Socratis persona dicuntur. Mox ita pergit: ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὔτε περὶ τοὺς μετηλλαχότας. ὥστε οὔτε περί σε νῦν ἐστιν (οὐ γὰρ τέθνηκας) οὔτε, εἴ τι πάθοις, ἔσται περί σε. σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ. μάταιος οὖν ἡ λύπη, περὶ τοῦ μήτε ὄντος, μήτε ἐσομένου περὶ Ἀξίοχον, Ἀξίοχον ὀδύρεσθαι. καὶ ὅμοιον ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τὶς ὀδύροιτο, τῶν μήτε ὄντων νῦν περί σε, μήτε ὕστερον περὶ τὴν τελευτὴν ἐσομένων. τὸ γὰρ φοβερὸν τοῖς οὖσιν ἐστί· τοῖς δὲ οὐκ οὖσι πῶς ἂν εἴη; Ibidem 7\$●. G.

Et hae quidem rationes non satis valent ad perturbatum Axiochi animum sedandum, qui in indignationem erumpit, Socratemque ita increpat: σὺ μὲν ἐκ τῆς ἐπιπολαζούσης λεσχηνείας τὰ σοφὰ ταῦτα εἴρηκας (ἐκεῖθεν γάρ ἐστιν, ἥτε ἡ φλυαρολογία, πρὸς τὰ μειράκια διακεκοσμένη) — οὐκ ἐπάιει γὰρ ὁ νοῦς ἀποπλανώμενος εἰς εὐπρεπείας λόγων, οὐδὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας· ἀλλ' εἰς μὲν πομπὴν καὶ ῥημάτων ἀγλαΐ-

ὅτε μὲν τὰ τοῦ Θυέστου, καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο, ἐξεβάλλετε αὐτὸν, καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων. A Graecis hoc vocabulum fluxit ad Romanos: eodem enim sensu accipiendum videtur illud Terentii: „ Spectandae, an *exigendae* sint vobis „ prius." Prol. Andr. vs. 26. Cf. porro Luzac, in Orat. de Socrate cive, p. 86. qui lectionem ἐκβάλλεσθαι quoque defendit.

ἀγλαϊσμὸν ἀνύττει, τῆς δε ἀληθείας ἀποδεῖ. τὰ δε παθήματα σοφισμάτων οὐκ ἀνέχεται, μόνοις δὲ ἀρκεῖται τοῖς δυναμένοις καθικέσθαι τῆς ψυχῆς. Haec de industria ab auctore sic scripta videntur: et si conferantur cum his verbis: (729. F.) καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω, Προδίκου ἐςὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηγήματα, τὰ μὴν διμοίρου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυοῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου· προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει (1), sequitur, hujus dialogi scriptorem Prodici sententias contemsisse, ejusque sermonem vanum habuisse, ostentationisque plenum. Nos quidem, quicquid dicant Sophistarum obtrectatores, ingenue fatemur, cum voluptate has Prodici reliquias a nobis et lectas esse, et semper lectum iri. Injustum est, quae quivis auctor egregie scripsit, rejicere, cogitantem fieri posse ut ipsius auctoris veram animi sententiam non referant; convenit quidem Axiochi supra memorata querela, de Sophistis horum verborum tamquam incantamentis, suaviumque sonorum illecebris, juvenum animos capientibus: cum Philostrati testimonio, item suo loco a nobis allato. Itaque nemo potest quin fateatur, multorum Sophistarum rationem huic opprobrio locum dedisse. At nobis quidem placet, de Prodico judicium ferre, non ex quorumdam Philosophorum obtrec-

(1) Est quidem hic jocus eo acerbior quo saniora sunt, quae Prodicus pretio venditare dicitur. Ne dubites autem quid Socrates velit his verbis, additur, Prodicum semper in ore habere illud Epicharmi: Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει. δός τι καὶ λάβε τι. In quo si pro λάβε τι legas τι λάμβανε, erit versus trochaicus.

trectatione, quos in Sophistis exagitandis saepius justi terminos transiliisse scimus, sed ex viri librorum fragmentis, quae ad nos pervenerunt, quaeque illi, per quos servata sunt; Xenophon et *Axiochi* auctor integra, id est; nulla in deterius mutatione facta; posteritati tradiderunt.

Sed ad propositum redeamus. Docet Socrates Axiochum: „ perpulchra etiam esse argumen„ ta, quibus probetur, immortales esse animos.” Ipsa Graeca verba, quos neminem legisse pigebit, apponemus: *οὐ γὰρ δὴ θνητή γε φύσις τόσον διήρατο μεγεθουργίας, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων βίας, διαπεραιώσασθαι δὲ πελάγη, δείμασθαι δὲ ἄστη, καταστήσασθαι δὲ πολιτείας· ἀναβλέψαι δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδεῖν περιφορὰς ἄστρων, καὶ δρόμους ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἀνατολάς τε καὶ δύσεις, ἐκλείψεις τε καὶ ταχείας ἀποκαταστάσεις· ἰσημερίας τε καὶ τροπὰς διττὰς, καὶ πλειάδων* (1) *χειμῶνος καὶ θέρους, ἀνέμους τε καὶ καταφορὰς ὄμβρων, καὶ πρηστήρων ἐξαισίους συρμούς· καὶ τὰ τοῦ κόσμου παθήματα παραπήξασθαι εἰς τὸν αἰῶνα· εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι᾽ οὗ τὴν τῶν τηλικῶνδε περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔσχεν, ὥστε οὐκ εἰς θάνατον ἀλλ᾽ εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ὦ Ἀξίοχε· οὐδὲ ἀφαίρεσιν ἕξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ᾽ εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδὲ μεμιγμένας θνητῷ σώματι τὰς ἡδονὰς, ἀλλ᾽ ἀκράτους ἁπασῶν ἀλγηδόνων. κεῖσε γὰρ ἀφίξῃ, μονωθεὶς ἐκ τῆσδε τῆς εἱρκτῆς, ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀστένακ-*

(1) Clericus hoc loco inserit *ἐπισημασίας*, quod omnino desideratur.

νακτα καὶ ἀγήρατα, γαλήνὸς δέ τις, καὶ κακῶν ἄγονος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος, καὶ περιαθρῶν τὴν Φύσιν· καὶ Φιλοσοφῶν οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιθαλῆ τὴν ἀλήθειαν.

Quid autem impedit quominus haec etiam Prodici ſint? Non ſane, quod recte ſcripta ſunt: nam est conſentiens vox veterum ſcriptorum, perpulchre de virtute Prodicum ſcripſiſſe: potuit igitur de animi immortalitate probabiliter disſerere.

Si quis nobis objiciat, debuisſe Socratem has egregias de animi immortalitate ſententias e proprio ingenio deſumere, neque eas alicui Sophistarum acceptas referre, ille viderit, quomodo ſe e ſequentibus expediat, ubi alias etiam rationes Socrates affert, easque a Gobrya Mago auditas, ac tam egregias, ut Axiochus non modo mortem non amplius timeat, ſed vitam contemnat. Etenim hujus dialogi auctor meminerat Socraticae conſuetudinis, qua Socrates ſuam nullam proferebat opinionem, ſed alios interrogando, quid probabile esſet, ex his eliciebat. Hinc illa verba, p. 729. F. Ἀξίοχε, σὺ δὲ οὐκ ἔτυμα μοι μαρτυρεῖς. οἴει δὲ καθάπερ Ἀθηναίων ἡ πληθὺς, ἐπειδὴ ζητητικός εἰμι τῶν πραγμάτων, ἐπιςήμονά του εἶναί με. ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ κοινὰ ταῦτα εἰδέναι· τοσοῦτον ἀποδέω τῶν περιττῶν. καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω, Προδίκου ἐςὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηγήματα. — At juvenum, inquiunt, capiendorum gratia ita ſcripſit Prodicus. — Non hoc quaerebamus, quamquam multo quidem probabilius hoc affirmaretur, quam ſi quis putaret, orationem de vitae incommodis miſeriisque homini ſemper impendentibus, idoneam esſe ad juvenes delectandos, quorum tamen animi, jucundis

dissima quaeque cupidissime appetere, excipiendisque gratis sensibus maxime patere solent.

De Divitiis quaenam Prodici sententia fuerit, jam e supra disputatis quodammodo colligi possit. Inducitur autem de divitiis disserens cum juvene quodam, apud Aeschinem, Dial. II. c. 16. sqq. in hanc fere sententiam; „ Divitias esse „ bonum et malum: probis enim hominibus, „ id est, illis qui bene uti sciant, bonum esse; „ malum malis, sive eis qui uti nesciant: idem- „ que evenire in aliis rebus: quales enim sint „ illi qui utantur, tales etiam ipsis res esse:" *καλῶς δὲ, ἔφη, δοκεῖ μοι τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι. Καὶ φρονεῦσι τοῖα ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἐρύμασι* (1). Si re vera ita disputavit, non ab-

(1) Solent haec verba ita verti: *et ita sentiunt, prout sunt arces, in quas inciderint*, nullo prorsus sensu. Codices variant: in Stobaeo legitur ἔργμασι pro ἐρύμασι, quod Horreus, ad h. l. Aeschinis, defendit, citato Hesychio, apud quem ἔργματα exponitur πράγματα. Fischerus legit καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασι, et hanc addit interpretationem: *homines, si incidant in res, quibus quomodo utendum sit, sciant, recte faciunt; sed si in eas, quarum usus ipsos fugiat, delinquunt et peccant.* Sed non videtur hunc advertisse difficultas, quam Clericus et Horreus jam viderant. Videlicet haec sententia nequaquam convenit cum iis, quae Prodicus modo effatus erat, ubi significaverat, res ab hominum animis, non hominum animos a rebus pendere. Videndum igitur, an hic Archilochi versus trochaicus ita emendari possit, ut similis sententia exeat; ad hanc vero emendationem jam viam praeivit Valck. ad Herod. II. c. 82. p. 141. qui, suadente Hemsterhusio, versum ita restituit: καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίως ἐγκυρέωσιν ἔργματα. Hanc ego amplec-

absurda profecto protulit Prodicus. Sed locus hic eadem difficultate laborat, qua ille supra tractatus, *de vitae aerumnis*: nam et de hujus placiti bonitate ita detrahunt, ut Prodicum sic voce quidem elocutum esse, sed aliter animo sensisse tacite significent: quod satis liquet e verbis jam supra laudatis: *εἶτα οἴονται δεῖν μὴ αὐτὸν τὸν λόγον θεωρεῖν, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι.* Sed quid facias de toto loco, quem fere absurdum pronunciare ausim. Ejicitur paulo post Prodicus a Gymnasiarcho e Gymnasio, *ὡς οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς νέοις διαλεγόμενος. εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια, δηλονότι μοχθηρὰ* (Dial. II. c. 10. fine) Prodicus enim a juvene adversario victus et a Socrate ad certamen excitatus, juvenem iterum adoritur, indigne ferens quod Deos frustra precari videretur. Quod ut melius intelligatur, ipsius Socratis verba apponemus, qui c. 20. *Εἶπον οὖν ἐγὼ*, inquit, *πρὸς τὸν Πρόδικον, ὅτι μοι δοκεῖ οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα πεπονθέναι, εἰ τυγχάνει τούτου διημαρτηκὼς, εἰ οἴε-*

plector; verum pro ὁκοίως malim retinere vulgatum ὁκοίοις. Fischerus, qui hujus emendandi rationis praestantiam non perspexisse videtur, „at vehementer, inquit, dubito, an doctrinae Archilochi et ingenio tribui possit versiculus, cujus membra sint adeo dissoluta et disjecta." Vana difficultas: nam si φρονεῦτι accipias pro dat. plur. particip i, hic erit sensus: *et prudentibus accidit, ut tales sint res, quales sunt homines, quibus illae res occurrunt.* Eadem fere dixit Euripides, in Bellerophontis fragm. XXIV.

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρέων.
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν. ἀλλ' οὐντυγχάνων,
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ πράσσει καλῶς.

οἴεται ἡμῖν παρὰ τῶν Θεῶν. ἃ εὐχόμεθα γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα. εἰ καὶ ἑκάςοτε σπουδῇ βαδίζων εἰς πόλιν προσευχόμενος αἰτεῖς παρὰ τῶν Θεῶν δοῦναί σοι ἀγαθά· οὐ μέντοι οἶσθα εἰ οἷοί τε σοι ἐκεῖνοι ταῦτα δοῦναι ἃ σὺ τυγχάνεις αἰτούμενος. ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς τὰς τοῦ γραμματιςοῦ φοιτῶν θύρας, ἀντιβολοίης δοῦναί σοι γραμματικὴν ἐπιςήμην, μηδὲν ἄλλο πραγματευσαμένῳ, ἀλλὰ ἥντινα λαβὼν παραχρῆμα καὶ δυνήσῃ πράττειν τὰ τοῦ γραμματιςοῦ ἔργα. Sed frustra nos quaesivimus ubi Prodicus hanc sententiam enunciavisset; nisi scilicet haec quae cap. 18. inveniuntur, eo pertineant. Οὐκοῦν, ἔφη, (juvenis) ἂν δοκῇ σοι ἠλίθιος εἶναι εἴ τις οἴοιτο τοῖς θεοῖς εὐχόμενος, γραμματικὸς ἂν γενέσθαι ἢ μουσικὸς ἢ ἑτέραν τινὰ ἐπιςήμην λαβεῖν, εἰ ἀνάγκη μαθόντα παρ' ἑτέρου, ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα κτήσασθαι; — Συνέφη καὶ ταῦτα. sed haec nobis quidem ab illis prorsus aliena videntur. Modo Prodicus affirmat, neminem subito a Diis Grammaticum fieri posse, sed adhibendam esse propriam operam; modo accusatur quod putat, confestim a Deis nobis dari posse, quae ab iis precemur. — Denique indigne fert, quod frustra Deos precari aliis ipse videatur! Fortasse nos ipsi labimur, at hanc difficultatem non expedimus, neque ex illis verbis aliquam Prodici de Diis precandis opinionem deducere audemus.

Unum nobis, idque gravissimum caput tractandum restat, videndumque quae fuerit Prodici de Diis sententia. Alii eum nullos omnino esse Deos affirmasse perhibent. Vid. Meinerf. Tom. III. p. 267. sqq.: Alii nihil adseverant, sed dubitanter opinantur, non satis firme Prodicum credidisse esse Deos. Vid. Krug. §. 58. et Tennem.

heni. p. 377. sqq. Utrique suas opiniones tueri solent duobus locis classicis, altero Sexti Empirici, altero Ciceronis. Et Sexti quidem verba haec sunt, adv. Math. p. 311. Εὐήμερος δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς ἄθεος, φησὶν, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος, οἱ περιγενόμενοι τῶν ἄλλων ἰσχύει καὶ συνέσει, ὥςε πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν κελευόμενα πάντας βιοῦν, σπουδάζοντες μείζονος θαυμασμοῦ καὶ σεμνότητος τυχεῖν, ἀνέπλασαν περὶ αὐτοὺς ὑπερβάλλουσάν τινα καὶ θείαν δύναμιν, ἔνθεν καὶ τοῖς πολλοῖς ἐνομίσθησαν Θεοί. Πρόδικος δὲ ὁ Χῖος, Ἥλιόν φησι, καὶ Σελήνην, καὶ ποταμοὺς καὶ κρήνας καὶ καθόλου πάντα τὰ ὠφελοῦντα τὸν βίον ἡμῶν, οἱ παλαιοὶ θεοὺς ἐνόμισαν, διὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφελείαν. καθάπερ Αἰγύπτιοι τὸν Νεῖλον. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν μὲν ἄρτον Δήμητραν νομισθῆναι, τὸν δὲ οἶνον Διόνυσον, τὸ δὲ ὕδωρ Ποσειδῶνα, τὸ δε πῦρ Ἥφαιςον. Quibuscum omnino conferenda sunt, quae idem Sextus p. 317. D. refert: τῶν οὖν περὶ ὑπάρξεως Θεοῦ σκεψαμένων, οἱ μὲν εἶναί φασι Θεὸν, οἱ δὲ μὴ εἶναι. καὶ εἶναι μὲν οἱ πλείους τῶν Δογματικῶν, καὶ ἡ κοινὴ τοῦ βίου πρόληψις. μὴ εἶναι δὲ, οἱ ἐπικληθέντες ἄθεοι, καθάπερ Εὐήμερος [γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχων]. Καὶ Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Θεόδωρος, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς. ὧν Εὐήμερος μὲν ἔλεγε, τοὺς νομιζομένους Θεοὺς, δυνατοὺς τινὰς γεγονέναι ἀνθρώπους. Καὶ διὰ τοῦτο, ὑπὸ τῶν ἄλλων θεοποιηθέντας δόξαι Θεούς. Πρόδικος δὲ, τὸ ὠφελοῦν τὸν βίον, ὑπειλῆφθαι Θεὸν, ὡς Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ ποταμοὺς καὶ λειμῶνας καὶ καρποὺς καὶ πᾶν τὸ τοιουτῶδες. — Cicero, de Nat. Deor. I. 42. haec habet:

bet: „ nisi forte Diagoram aut Theodorum, qui
„ omnino Deos esse negabant, censes supersti-
„ tiosos esse potuisse. Ego ne Protagoram qui-
„ dem; cui neutrum liquerit nec esse Deos,
„ nec non esse. — Quid Prodicus Ceus? qui
„ ea quae prodessent hominum vitae, deorum
„ in numero habita esse dixit, quam tandem
„ religionem reliquit? Quid? qui aut fortes,
„ aut claros, aut potentes viros tradunt post
„ mortem ad Deos pervenisse, eosque esse ip-
„ sos, quos nos colere, precari, venerarique so-
„ leamus, nonne expertes sunt religionum om-
„ nium?"

Utrumque locum longiorem citavimus, quam quantum ad Prodicum spectare videbatur: id vero duplicem ob causam fecimus; primo ut lectores nostri viderent, Ciceronem Sextumque ex eodem fonte hausisse: non quia ab utroque scriptore eidem Athei citantur; id enim aliter vix fieri poterat, cum ista vulgo Atheorum nomina a Veteribus laudari soleant, ideoque facile duo scriptores in eorumdem nominum mentionem incidere potuerint. Sed Atheismi Prodici et Euhemeri diversi erant generis, et facillime omitti potuerant a Cotta disputante contra Epicuri sententiam, *Deos quidem existere, sed nullam generis humani curam habere.* Quin supervacanea quodammodo est haec apud Ciceronem Atheorum enumeratio. In eo enim versatur Cotta, ut probet, qui Deos esse negent, hos haud minus vacuos esse a superstitione, quam Epicureos: nihil igitur huc faciebant rationes, quibus istorum hominum Atheismus nitebatur. — Tum inde secuturum arbitrabamur, tanto-

rum

rum virorum consensum eam habere auctoritatem, quam haud facile in dubium vocare quisquam audeat.

Itaque non assentimur Tennemanno (l. l. p. 377. sqq.) sic scribenti: „ Solet Prodicus in „ Atheorum numero censeri: id vero rectene „ an secus fiat, difficile est ad dijudicandum. „ Quod enim ille perhibet, solem, lunam, flu„ mina, fontes, verbo omnia, quibus vita sus„ tentabatur, ab hominibus Deorum loco culta „ esse, haec non evincunt Atheum fuisse Pro„ dicum. Haud male quidem observatum est, „ in natura rerum multa ab hominibus, quorum „ ingenia non satis essent exculta, quique grati „ animi sensu impellerentur, Deorum Dearumve „ numero esse habita: quin hujus rei habemus tes„ tem historiam: ipseque Prodicus Nilum Aegyp„ tiorum appellat. At nullus veterum scripto„ rum prodit, eum aut putavisse, aut docuisse „ omnem de Diis opinionem ex illo grati ani„ mi sensu originem traxisse." Nobis quidem e Sexti verbis hoc tuto efficere videmur, Prodicum non in eis rebus substitisse, e quibus infimae plebis Dei essent effecti (1), sed ne Ce-

(1) Classicus est locus Aristoph. *Av.* 889. sqq. et quo Ciceronis Sextique testimonia egregie confirmantur: ita autem ibi chorus avium mortales alloquitur.

Προσέχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀθανάτοις ἡμῖν τοῖς αἰὲν ἐοῦσι
Τοῖς αἰθερίοις, τοῖσιν ἀγήρως, τοῖς ἄφθιτα μηδομένοισιν
Ἵν' ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων,
Φύσιν οἰωνῶν, γένεσίν τε θεῶν, ποταμῶν τ' Ἐρέβους
τε χάους τε,
Εἰδότες ὀρθῶς Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν.

Cereri quidem, Nuptuno, Vulcano pepercisse. Id autem quid aliud est, quam quod Cicero dixit, omnem religionem tollere, si quidem eo tempore religio apud Graecos erat, omnium Deorum in civitatem receptorum publicus privatusque cultus. — Haud magis nobis quidem placent, qui Prodicum omnis religionis expertem fuisse perhibent. Nam, nisi nos omnia fallant, idem in Prodicum valet, quod supra de Protagora diximus. Videbat id, quod multi eo tempore philosophi perspexisse videntur, vanos esse fictitiosque Deos, quos Graecorum superstitio coleret. Ad hanc autem superstitionem evertendam, egregiam inibat rationem, docens genus humanum, per talem religionem, grati animi debitum, pro naturae beneficiis, antiquitus persolvisse. Sed minus prudenter hanc doctrinam explicuit, quam cum nimis aperte, nondum satis praeparatis auditorum animis traderet, impietatis crimen morte luit, si vera sunt quae supra e Suida attulimus.

§. 4.

De Prodici dicendi ratione.

Profuit Prodicus linguae Graecae studio, videturque et in loquendo, et in scribendo plurimum operae insumsisse ut rectas verborum significationes et ipse rite distingueret, et discipulis suis traderet. Plato *Euth.* 217. D. πρῶτον γὰρ (ὥς φησι Πρόδικος) περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ. ὃ δὴ καὶ ἐπιδείκνυσθόν σοι τὼ ξένω (Euthydemus et Dionysodorus) ὅτι οὐκ ᾔδεισθα τὸ μανθάνειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ

τοι-

τοιῷδε, ὅταν τὶς ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχων ἐπιςήμην περὶ πράγματος τινὸς, ἔπειτα ὕςερον αὐτοῦ λαμβάνῃ τὴν ἐπιςήμην· καλοῦσι δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπειδὰν ἔχων ἤδη τὴν ἐπιςήμην, ταύτῃ τῇ ἐπιςήμῃ ταὐτὸν τοῦτο πρᾶγμα ἐπισκοπῇ ἢ πραττόμενον ἢ λεγόμενον. μᾶλλον μὲν αὐτὸ ξυνιέναι καλοῦσιν ἢ μανθάνειν, ἔςι δ' ὅτε καὶ μανθάνειν. Et hinc quidem liquet Prodicum proprìam vim et potestatem verborum discipulos suos docuisse: etsi omnino cavendum est a Platonica festivitate, quae et in hoc loco, et in toto dialogo tanta est, ut incautos lectores facile ad contemnendum Prodicum inducat. Alios e Platone locos colligemus, in quibus haec Prodici doctrina tangitur. *Crat.* 257 F. Ὦ παῖ Ἱππονίκου Ἑρμογένες, παλαιὰ παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐςιν ὅπη ἔχει μαθεῖν. καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων, οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὡς φησὶν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα πῇ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τοιούτων.

Meno 14. E. Λέγε γάρ μοι. τελευτὴν καλεῖς τι, τοιόνδε λέγων οἷον πέρας καὶ ἔσχατον; πάντα ταῦτα ταυτόν τι λέγω. Ἴσως δ' ἂν ἡμῖν Πρόδικος διαφέροιτο. *Prot.* 204 B. sunt Critiae verba: Ἀλκιβιάδης δὲ ἀεὶ φιλόνεικός ἐςι ὅτι ἂν ὁρμήσῃ· ἡμᾶς δὲ οὐδὲν δεῖ συμφιλονεικεῖν οὔτε Σωκράτει, οὔτε Πρωταγόρᾳ. ἀλλὰ κοινῇ ἀμφοτέρων δεῖσθαι μὴ μεταξὺ διαλῦσαι τὴν συνουσίαν. Εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα, ὁ Πρόδικος, καλῶς μοι, ἔφη, δοκεῖς λέγειν, ὦ Κριτία. Χρὴ γὰρ

 τοὺς

τοὺς ἐν τοιοῖσδε λόγοις παραγιγνομένους, κοινοὺς μὲν εἶναι ἀμφοῖν τοῖν διαλεγομένοιν ἀκροατὰς, ἴσους δὲ μή. ἔςι γὰρ οὐ ταὐτόν. κοινῇ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι δεῖ ἀμφοτέρων, μὴ ἴσον δὲ νεῖμαι ἑκατέρῳ. ἀλλὰ τῷ μὲν σοφωτέρῳ πλέον, τῷ δὲ ἀμαθεςέρῳ ἔλαττον. ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν, καὶ ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μὲν, ἐρίζειν δὲ μή. (ἀμφισβητοῦσι μὲν γὰρ καὶ δι' εὔνοιαν οἱ φίλοι τοῖς φίλοις, ἐρίζουσι δὲ οἱ διαφοροί τε καὶ ἐχθροὶ ἀλλήλοις) καὶ οὕτως ἂν καλλίςη ἡμῖν ἡ συνουσία γίγνοιτο. ὑμεῖς τε γὰρ οἱ λέγοντες, μάλις' ἂν οὕτως ἐν ἡμῖν τοῖς ἀκούουσιν εὐδοκιμοῖτε, καὶ οὐκ ἐπαινοῖσθε. (εὐδοκιμεῖν μὲν γάρ ἐςι παρὰ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων ἄνευ ἀπάτης, ἐπαινεῖσθαι δὲ ἐν λόγῳ πολλάκις παρὰ δόξαν ψευδομένων) ἡμεῖς τ' αὖ οἱ ἀκούοντες μάλις' ἂν οὕτως εὐφραινοίμεθα, οὐχ ἡδοίμεθα. εὐφραίνεσθαι μὲν γάρ ἐςι, μανθάνοντά τι καὶ φρονήσεως μεταλαμβάνοντα, αὐτῇ τῇ διανοίᾳ. ἥδεσθαι δὲ, ἐσθίοντά τι, ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι. Ridicula profecto oratio, quam ſi probari poſſet revera a Prodico habitam fuiſſe, oleum mehercule operamque perderet, quicumque tam aegri capitis somnia perſequeretur.

Ibid, p. 205. E. ſq. Agitatur ibi quaestio de Simonidis verſu, in quo dixerat, difficile esſe virum vere bonum fieri, Socratesque ad Prodicum converſus; καὶ γὰρ οὐκ, inquit, καὶ δεῖται τὸ ὑπὲρ Σιμωνίδου ἐπανόρθωμα τῆς σῆς μουσικῆς, ᾗ τό τε βούλεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν διαιρεῖς, ὡς οὐ ταὐτὸν ὄν. — σὺ γὰρ, ὦ Πρόδικε, προαπόφηναι τὴν σὴν γνώμην. ταυτόν σοι δοκεῖ εἶναι τὸ γενέσθαι καὶ τὸ εἶναι; ἢ ἄλλο; Ἄλλο, νὴ Δί'. ἔφη

ὁ Πρόδικος. Et paulo post: κινδυνεύει γάρ τοι, ὦ Πρωταγόρα, ἡ Προδίκου σοφία, θεία τις εἶναι πάλαι (1) ἤτοι ἀπὸ Σιμωνίδου ἀρξαμένη, ἢ καὶ ἔτι παλαιοτέρα. σὺ δὲ ἄλλων πολλῶν ἔμπειρος ὢν, ταύτης ἄπειρος εἶναι φαίνῃ, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ, ἔμπειρος, διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι Προδίκου τουτουΐ. — Ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σε ἢ ἄλλόν τινα, λέγω ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐςιν ἀνὴρ, ἐρωτᾷ (Prodicus) εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τἀγαθὰ δεινὰ καλῶν· τὸ γὰρ δεινὸν (φησι) κακόν ἐςιν· οὐδεὶς γοῦν λέγει ἑκάςοτε δεινοῦ πλούτου, οὐδὲ δεινῆς εἰρήνης, οὐδὲ δεινῆς ὑγιείας, ἀλλὰ δεινῆς νόσου, καὶ δεινοῦ πολέμου, καὶ δεινῆς πενίας, ὡς τοῦ δεινοῦ κακοῦ ὄντος.

Ibid. 212. G. Ὁμολογεῖτε ἄρα (ἦν δ' ἐγὼ) τὸ μὲν ἡδὺ, ἀγαθὸν εἶναι· τὸ δὲ ἀνιαρὸν κακόν. τὴν δὲ Προδίκου τοῦδε διαίρεσιν τῶν ὀνομάτων παραιτοῦμαι. εἴτε γὰρ ἡδὺ, εἴτε τερπνὸν λέγεις, εἴτε χαρτὸν, εἴτε ὁπόθεν καὶ ὅπως χαίρεις τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων, ὦ βέλτιςε Πρόδικε, τοῦτό μοι πρὸς ὃ βούλομαι ἀπόκριναι. Γελάσας οὖν ὁ Πρόδικος συνωμολόγησε. (2)

Ib.

(1) Quod ſcilicet haec accurata vocabulorum diſtinctio, jam a Poëtarum vetustisſimo fuerat uſurpata. Thucydidem ſane imitatum eſſe Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν, ſcribit Marcell. in ejus vita. Vid. Thucyd. edit. Baueri, Tom. II. p. 727.

(2) Fortaſſe hoc loco Plato recordatus est alicujus in Prodici libro loci, ubi de *voluptatis* vocabulis earumque vi et potestate Sophista disputaverit: nobis enim eo etiam reſpicere videtur Aristotel. in Topicis II. 2. in fine: ἔτι (ſc. peccat ſcriptor) εἰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ συμβεβηκὸς ἔθηκεν, ὡς ἕτερον, διὰ τὸ ἕτε-

Ib. 213. A. Τί οὖν (ἔφην ἐγὼ) καλεῖτε δέος καὶ φόβον; καὶ ἆρα ὅπερ ἐγὼ πρός σε λέγω, ὦ Πρόδικε, προσδοκίαν τινὰ λέγω κακοῦ τοῦτο, εἴτε φόβον, εἴτε δέος καλεῖτε; Ἐδόκει Πρωταγόρᾳ μὲν καὶ Ἱππίᾳ δέος τε καὶ φόβος εἶναι τοῦτο. Προδίκῳ δὲ, δέος, φόβος δ' οὔ.

Charm. 239. G. Ὦ Κριτία (verba sunt Socratis) καὶ εὐθὺς ἀρχομένου σοῦ σχεδὸν ἐμάνθανον τὸν λόγον, ὅταν τὰ οἰκεῖά τε καὶ τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ καλοίης, καὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ποιήσεις, πράξεις.

Et his quidem locis diligenter citandis neque nos lectoribus ingratum fecisse, neque a nostro argumento aliena tractasse speramus. Nam primo ex illis apparet, quam caute adhibendus sit Plato, in rebus et disciplina Sophistarum dijudicandis: quippe qui nusquam hoc Prodici Grammaticum studium aut de industria, aut aliud agens memoret, quin illud cum contemptu explodat, et tamquam inanem futilemque diligentiam rideat; quod ne temere dixisse videamur, dabimus Lachetis verba: (*Laches.* 253. F.) ubi cum Nicias quaedam disputavit de fortitudine et temeritate, atque indignatus est Laches, illum belle sese verbis ornasse, respondet Socrates, hanc verborum sapientiam Niciam a Damone Prodici discipulo accepisse; ad quae Laches: καὶ γὰρ πρέπει, inquit, ὦ Σώκρατες, σοφιστῇ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον κομ-

ἕτερον εἶναι ὄνομα. καθάπερ Πρόδικος διῃρεῖτο τὰς ἡδονὰς εἰς χαρὰν, καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην. Ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ αὐτοῦ τῆς ἡδονῆς ὀνόματός ἐστι. εἰ δ' οὖν τις τὸ χαίρειν τῷ εὐφραίνεσθαι φήσει συμβεβηκέναι, αὐτὸ ἂν αὐτῷ φαίη συμβεβηκέναι.

κομψεύεσθαι, *ἢ ἀνδρὶ ὃν ἡ πόλις ἀξιοῖ αὐτῆς προεςάναι*. cf. et *Meno*, p. 14. E.

Quis tamen credat, Prodicum tam stolidum fuisse, ut hanc verborum distinguendorum peritiam, vel nulla data occasione, unquam ita ostentare solitus fuerit, ut disputationis alicujus tamquam flumen objecta intempestiva loquacitate averteret aut impediret. Quotus quisque est qui non videat, festivum Platonis ingenium, jocandi egregiam opportunitatem maligne arripuisse, eaque tam lepide abusum esse, ut vel invitis lectoribus risum extorqueat? Nam quid tandem illa Prodici aliorumque Sophistarum solertia, praesertim ea tempestate, habebat absurdi, si tempore atque utilitatis consilio adhibebatur? ejus quidem utilitatem ipse Aristoteles agnoscebat, quod tum multa in ejus *Topicis* loca ostendunt, tum verba, quae modo in nota attulimus. — Sed coëgit nos aequitatis amor hanc addere conditionem: *si tempore atque utilitatis consilio*. Fert enim hoc natura humani ingenii, ut cui quis studio impensius incumbat, in ejus etiam abusum facilius dilabatur. Itaque, ut hoc utamur, haud rari fuerunt, qui in critica arte, quae circa veterum scriptorum reliquias versatur, saepe felices, aliquando divini, eo tandem hujus studii ardore auferrentur, ut nil nisi criticam creparent, restitutosque a se locos semper in ore habentes, aliis moleste obstreperent.

Fatemur igitur potuisse Prodicum etiam in hunc errorem incidere, qui cum ejusmodi esset, ut lepidissimis jocis materiam praeberet, Plato eum quasi in scenam traduxerit; ita tamen, quod optimi quique fabularum scriptores factitant, ut

quas

quas sibi res exagitandas sumserat, earum putidam indolem omnemque pravitatem augeret; etsi nos quidem suspicamur, Platonem eis maxime Sophistis illudere, qui his temporibus circumvagarentur, veterumque Sophistarum rationem ridicule imitando, contemnendam redderent. (1)

Caeterum Prodicum in eodem genere elaboravisse, in quo Protagoram et Gorgiam, aut docuisse, qua ratione causa inferior superior fieret, aut denique captiosae dialectices studium consectatum esse; hoc igitur neque affirmare, neque negare audemus. Credibile quidem est, discipulum Protagorae, Gorgiae aemulum, Eleaticae etiam disciplinae, quae ab his Sophistis quodammodo propagaretur, aliquatenus adhaesisse. At nihil usquam invenimus, quod hanc suspicionem augeret. Apud Platonem saepius mentionem ejus offendimus; verum nullae umquam *ibi* ejus in sermonibus sunt partes, quin proprium disputationis argumentum transeat, suumque grammaticae studium prodat. Quodsi aliquid in oratorio vel rhetorico genere elaboravisset, vix potuisset ejus nomen omittere Cicero, in Bruto, Cap. 12. ubi Protagoras et Gorgias soli recensentur. Quin locus exstat in Platone, notandus in paucis, unde tuto conjicere licet, Prodicum ab omni commentatione de rhetorico argumento fuisse alieniorem: (*Phaedr.* p. 353. C.) Τισιάν τε Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ πρὸ τῶν

(1) Vid. supra disputata. Caeterum cff. Krug. §. 58. p. 150. Meiners. in nota, p. 478. Tennem. p. 376. sq.

τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον, ὡς τιμητέα μᾶλλον. τά τε αὖ σμικρὰ μεγάλα, καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου. καινά τε ἀρχαίως, τά τ' ἐναντία καινῶς. συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον. ταῦτα δὲ ἀκούων ποτὲ μοῦ Πρόδικος ἐγέλασε, καὶ μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη, ὧν δεῖ λόγων τέχνη. δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν οὔτε βραχέων ἀλλὰ μετρίων.

Prodicum de philosophia physica disputavisse, quamvis non aliunde constet, probabile tamen est ex Aristoph. Nub. 358. sqq.

——— Φράζε πρὸς ἡμᾶς, ὅ τι χρῄζεις,
Οὐ γὰρ ἂν ἄλλῳ γ' ὑπακούσωμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν,
Πλὴν ἢ Προδίκῳ. τῷ μὲν σοφίας καὶ γνώμης οὕνεκα, σοὶ δὲ κ. τ. λ.

ubi illud *μετεωροσοφιστῶν* intelligi poterit de philosophis, omnium rerum causas, tam metaphysice quam physice indagantibus; Physicae tamen studium hinc excludere neque Aristophanis ratio (1) et Sophistarum adeo consuetudo patitur,

(1) Talis usus est vocis *μετέωρον* apud eundem, *Avibus*, 691. sqq.
Ἵν' ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων
Φύσιν οἰωνῶν, γένεσίν τε θεῶν, ποταμῶν τ' Ἐρέβους τε, ... Χάους τε
Nub. 227. ——— οὐ γὰρ ἄν ποτε
Ἐξεῦρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα.
Schol. ὅτι τε ἀέρα καὶ ἥλιον καὶ νεφέλας καὶ ἴσα τοιαῦτα ἐφρόντιζε καὶ ἐφιλοσόφει.
Ibid. 1281 ubi cum Strepsiades ridicule foeneratorem rogasset, utrum putaret, Jovem semper recentem pluviam ex aëre demittere, an illam aquam solis calore sursum attrahi: — illeque respondisset, ne-

tur, neque Scholiastae ad h. l. annotatio, ἐπὶ καθαιρέσει Σωκράτους τὸν Πρόδικον νῦν μέγαν ἀποφαίνει διαφερόντως. οὗτος δὲ σοφιστὴς ἦν μετεωρολόγος.

Quaenam igitur fuerit Prodici dicendi ratio, e supra disputatis, quantum illud a nobis praestari poterat, ostendimus. Itaque censemus, eum numquam aut raro sese tempori permisisse, sed antea meditatas summaque cura elaboratas orationes (ἐπιδείξεις) discipulis recitavisse. Quarum quidem plerumque ea videtur fuisse elegantia, quam caeteri Sophistae se assequi posse desperabant. Nam in eam sententiam nos interpretamur Philostratum, qui in Prooemio ad Sophistarum vitas, (p. 482. sq.) narrat, cum a Prodico fabula quaedam de Hercule haud invenuste esset conscripta, quam hic ubique circumferret, ac declamitaret, Gorgiam eum male habuisse, tamquam ἕωλά τε καὶ πολλάκις εἰρημένα ἀγορεύοντα, qui quidem ἐπαφῆκεν ἑαυτὸν τῷ καιρῷ. Primo, alia etiam Prodicum scripsisse, supra vidimus; tum quod vulgo dicitur de Sophistis, eos disputare solitos fuisse de fortitudine, justitia, Heroibus et Deis, (vid. Philostr. ibid. p. 481. et Platonem passim) in hujus igitur laudis partem quidni Prodicus imprimis venire potuerit, a quo

neque se hoc scire, neque curare: haec reponit Strepsiades:

Πῶς οὖν ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ,
Εἰ μηδὲν οἶσθα τῶν μετεώρων πραγμάτων;

a quo tam egregie jam Hercules fuisset laudatus. Deinde illa Prodici expoliendae limendaeque orationis diligentia non videtur potuisse Gorgiam movere, ut subito postea de quovis argumento diceret, nisi antea eadem scribendi declamandique ratione usus, se a Prodico superari vidisset. Sed omne hoc negotium levius est, et una Philostrati auctoritate nititur. De praecipuis autem ejus orationis dotibus, quidquam certi in medium afferre difficile sit. Arbitramur quidem, aliquid ex eo genere adhaesisse Isocrati, cujus si singulorum verborum consideremus justam collocationem, vocabulorum numerum, cum ipsius quasi cogitationis particulis accurate congruentium, sententiarum partes, ad certam temporis mensuram exactas, modo alternantes, modo pariter succedentes, sibi denique invicem instar saltantium in choro, certo ordine respondentes: haec igitur si consideramus, posthabitis caeteris Isocrati propriis dotibus, quibus non quidem aculeos in legentium pectoribus relinquit, at eorum animos dulcedine perfundit: nobis quidem Sophistam audire videmur, qualem Prodicum fuisse fingimus, qui summam in vocabulorum potestate, indeque recto eorum in oratione usu definiendis, diligentiam adhiberet, imprimisque curaret, ne quod vocabulum in suis sententiis aut deësset, aut redundaret. Nam hujus quidem ejus solertiae exstat luculentissimum testimonium apud Plat. in *Phaedro* l. modo l. ταῦτα δὲ ἀκούων ποτέ μου Πρόδικος ἐγέλασε, καὶ μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη, ὧν δεῖ λόγων τέχνη. δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν, οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων.

Plura de ejus dicendi modo conjicere non est in

in promptu, cum ne haec quidem ſatis valido fundamento nitantur. Quae enim recentiora ſunt testimonia de Prodici καλλιλογία (1), e Xenophonte petita videntur, in cujus fabula Prodicia, ſupra a nobis excerpta, multae voces dictionesque poëticae deprehenduntur, quod jam Schneideri diligentia animadvertit: cum illa Xenophontis verba: ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν, manifeste declarent, Prodici quoque fuiſſe in dicendo tumorem nimiamque ſublimitatem; quod vero in Xenophonteum excerptum poëtica illa magniloquentia quodammodo irrepſit, hinc fortasſe nata est praepostera Philostrati obſervatio, qui in Epist. XII. καὶ γὰρ δὴ, inquit, καὶ ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ἡρακλέα.

Veroſimile autem est, Prodicum imitatum esſe Gorgiam et Protagoram in hoc orationis tumore et vocabulorum poëticorum uſu: et huc etiam facit ſcholion ad Thucydidem L. IV. cap. postremo. prolatum ex MS. a Dukero (vid. Tom. II. p. 569. B. Edit. Baueri). Uſurpaverat autem Thucydides tragicam vocem κώδων: in quam Scholiastes ita animadvertit: ἰςέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο. εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα. εἰς δε τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξεις ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. κ. τ. λ. Maximus quoque Tyrius Prodiciam fabulam refert, Diſſ. XX. c. 1. ſed ſuo ſibique pro-

(1) Vid. imprimis Maximus Tyrius Diſſert. XXIII. ubi Prodici καλλιλογία opponitur Hippiae κενολογίᾳ.

proprio more; i. e. brevibus abruptisque ſententiis, adeo ut nihil inde ad cognoſcendam Sophiſtae orationem proficiamus.

§. 5.

De Prodici docendi ratione.

De Prodici etiam docendi ratione paucis verbis defungendum erit: eum mercede docuiſſe, diſcipulis ſuis elaboratas orationes recitaviſſe, idque cum in Lyceo tum domi principum civium factitaſſe, e ſupra laudatis Platonis Aeſchiniſque locis ſatis demonſtratum eſt; ubi ſimul conjecimus, eum non ſatis egiſſe, ſi unam orationem ſemel praelegiſſet, ſed diſcipulis etiam de artibus et ſcientiis ſubito praecepta tradidiſſe. Plura nobis deſunt veterum teſtimonia, quibus aut ad certius quid affirmandum, aut ad probabilius conjectandum, de ejus docendi ratione ducamur.

Unum invenimus Ariſtotelis locum, (Rhetor. III. 14.) quem referre operae pretium eſt: ἔτι τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινὸν, ἐὰν δεῇ. πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον, ἢ ἀρχόμενοι. διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιϛα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται. ὥϛε ὅπου ἂν ᾖ καιρὸς λέκτεον. καὶ μοι προσέχετε τὸν νοῦν. οὐθὲν γὰρ μᾶλλον ἐμὸν ἢ ὑμέτερον. καὶ ἐρῶ γὰρ ἡμῖν (l. ὑμῖν) οἷον οὔδε πώποτε ἀκηκόατε δεινὸν ἢ οὕτω θαυμαϛόν. τοῦτο δ' ἐϛὶν, ὥσπερ ἔφη Πρόδικος, ὅτε νυϛάζοιεν οἱ ἀκροαταὶ, παρεμβάλλειν τῆς πεντηκονταδράχμου αὐτοῖς. Haec verba Baylius, in nota ad Prodici vitam, conten-

dit biſariam ſic explicari poſſe. 1°. „Qu'il avait
„ une harangue remplie de traits ſi vifs, qu'ils re-
„ veillaient l'attention des auditeurs." 2°. „Qu'il
„ avait un traité de Rhétorique, où ſe trou-
„ vaient des ſecrèts pour reveiller l'attention des
„ auditeurs." At nos quidem veremur ne neu-
tra harum interpretationum vera ſit. Si primam
enim amplectimur, hunc fuiſſe morem Prodici
credemus, ut ſi languidiores fieri videret audito-
res, nec ſatis animos ad ſua dicta advertere, ſu-
bito alium quemdam librum arriperet, e quo ali-
quid facete dictum aut acute excogitatum prae-
legeret; verum quis ſibi in animum inducat,
adeo cerebroſum fuiſſe Prodicum, ut ad auxilium
confugeret, quod ne auxilium quidem eſſet? Sic
enim excitaſſet quidem auditores, ſed excitaſſet
ad ſtultitiam ſuam ridendam, eosque alieniores
etiam reddidiſſet a cauſa quam peroraret. —
Altera interpretatio probabilior quidem multo
est; ſed obſtat, quod apud Ariſtotelem ea ora-
tio ἡ πεντακοντάδραχμος (ſcil. ἐπίδειξις) vo-
catur: fuiſſet igitur Prodicus uſus eisdem artibus
et calliditate, quas aliis occaſionibus diſcipulis
divulgare, et mercede vendere ſolebat. Nos Ari-
ſtotelis verba ita fere interpretanda cenſemus:
Formulae iſtae: „ *animadvertite auditores: non*
„ *mea ſed veſtra res agitur: nihil umquam*
„ *tam mirabile audiviſtis;* id genus igitur for-
„ mulae, inquit Prodicus, auditores haud mi-
„ nus attentos reddunt, quam ſi ἐπίδειξιν πεν-
„ τακονταδράχμον audiant;" et huic quidem in-
terpretationi imprimis favet Quintilianus. Inſt. Or.
IV. 2. qui nullius libri meminit, ac tantum re-
fert, eum identidem ſolitum fuiſſe Judices mo-
ne-

nere, ut sibi faciles attentasque aures praeberent. Videtur igitur Prodicus (haud male sane) observasse, homines quo majore pretio aliquid sibi comparaverint, eo diligentius rem comparatam servare et custodire: auditoresque suos, quo majorem mercedem sibi solverent, eo magis cavisse, ne quid verbuli inauditum aut sine fructu effluere sinerent (1).

(1) Perscripta jamjudum hac Diatribe, non sine aliqua voluptate intellexi, Hemsterhusii eandem fuisse de Aristotelicis verbis sententiam: ejus hanc observationem in schedula annotatam inveni: „ Facetum ejus (Prodici) dictum refert Aristoteles, (sequuntur verba Graeca:) quod qui citant, utinam explicare dignum habuissent. Puto voluisse: *quando dormitant auditores, eos esse commonefaciendos quinquaginta drachmarum, quas persolverint, ut si parum sint attenti, suam rem agi intelligant.*" Pertinet haec Hemsterhusii observatio ad Lucianum. Tom. I. p. 8. δύο γυναῖκες, κ. τ. λ. Etsi autem in annotatione edita nihil reperitur, quod ad hunc locum pertineat, multa tamen de Luciano Xenophontis Prodicum imitante commentatus est. Sed haec quidem aliquo cum labore conquirenda, disponenda et supplenda sunt, qui labor si satis bene succedat, brevi Hemsterhusii *Observationes in varios auctores* literatis hominibus impertiam, quarum primus fasciculus continebit ineditam ejus in Lucianum annotationem.

CAPUT IV.

POLUS.

§. 1.

De Poli vita, et Placitis.

Hucusque triumviros recensuimus, veteris Sophisticae principes, quorum ratio aliquomodo cum Philosophia erat conjuncta. Caeteri Sophistae, de quibus nobis quaerendum restat, longinqua vel potius nulla prorsus affinitate cum philosophia se devinxerunt. Itaque qui venerunt, sive veterum Sophistarum discipuli, sive cum illis in eodem genere versantes, omnem sanam philosophandi rationem plane relinquebant, et nihil fere nisi vanam doctrinae ostentationem, deformem eloquentiae imaginem, et futilem ratiocinandi subtilitatem consectabantur. Quod cum dicimus, nequaquam tamen affirmamus, illos nullum emolumentum artibus doctrinisque attulisse: immo his profuisse existimamus Sophistas, quippe quodam ut videtur vinculo cum illarum doctoribus conjunctos, adeo ut verosimile sit, scientias et artes tum maxime pullulantes, Sophistarum curiositate incrementum cepisse; sed de hoc infra agemus, Sect. III.

Et temporum quidem ordinem in caeterorum So-

Sophistarum vitis rebusque explicandis servare, eo difficilius est, quo magis deficiunt veterum auctorum testimonia. Itaque nunc videamus de Gorgiae discipulis, qui proxime veteres Sophistas sequuntur et Socratis etiam aetatem attingunt.

Polus a Suida vocatur Ἀκραγαντῖνος ῥήτωρ· μᾶλλον δὲ σοφιςὴς τῶν πάλαι. Natus igitur est Agrigenti, videturque Gorgiam audivisse in Sicilia adhuc degentem, cujus discipulus diserte vocatur ab eodem Suida, in Γοργίας; et Philostr. p. 496. Πῶλον, inquit, τὸν Ἀκραγαντῖνον Γοργίας σοφιςὴν ἐξεμελέτησε πολλῶν, ὥς φασι, χρημάτων. καὶ γὰρ δὴ καὶ (f. ἦν) τῶν πλουτούντων ὁ Πῶλος, quae pugnant cum verbis Scholiastae ad Aristotelem, infra citandi: ὁ Πῶλος μαθητὴς, καὶ παῖς ἦν τοῦ Γοργίου. Quando natus, quibus parentibus ortus, quo tempore in Graeciam profectus sit, ignoratur; etsi Gorgiam fortasse Athenas comitatus, aut eo hunc proficiscentem brevi post secutus est. Multo quidem Gorgia junior erat. Apud Platonem enim in *Gorgia* 286. H. cum Polus Socratis Gorgiaeque sermonem interpellavisset, ille: ὦ κάλλιςε Πῶλε, inquit, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμῶν τὸν βίον, καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. Ex his verbis natus videtur quorumdam error, Polum fuisse Gorgiae filium putantium; quae illorum opinio forte confirmata fuerit a Scholiaste Aristotelis modo laudato. Ibi autem παῖς significat *servum*, et Socraticum illud κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς ratione aetatis accipiendum est.

Cum Polus, apud Platonem, nusquam nisi in *Gorgia* colloquentis personam agat, ibique de sola Rhetorica sermo sit, non modo, tacentibus fere caeteris de eo auctoribus, ignoratur quaenam ab eo Philosophica manaverint placita; sed ne affirmari quidem potest, eum Sophistam fuisse. Nam quod Suidas l. l. scripsit μᾶλλον δὲ Σοφιςὴς τῶν πάλαι, leve habet auctoritatis pondus, cum nullam addat rationem; censemus tamen, discipulum Gorgiae, cujus ipsae Rhetoricae exercitationes saepe in philosophico argumento versatae videantur, praeceptoris philosophica etiam decreta secutum esse.

Putet forte quis, minus cogitate a nobis omitti Socratis cum Polo sermonem *de inferenda patiendaque injuria*, quem ita refert Plato, in *Gorgia*, ut putes Polum censuisse, melius ac beatius esse injuriam inferre, quam perpeti: Vid. in primis p. 290. sq. Sed Polus languide suam sententiam defendit, et a Socrate in omnes partes agitatur, adeo ut tandem incertus haereat; quin ipsum Gorgiam ad dubitandum adegerat Socrates, cum Callicles quidam, Sophistarum, ut videtur, discipulus, disputationi intervenit, acerrime in Socratem invehitur, Gorgiam et Polum objurgat, quod ab illo se vinci patiantur, denique jam absolutum de justo sermonem instaurat. Itaque nobis quidem hoc Platonis artificium esse videtur, Gorgiam Polumque sensim eo ducentis, ut Calliclis ope indigeant; sed age, per hanc scribendi de Polo opportunitatem, Calliclis orationem referamus, quae est in *Gorgia* p. 296. sq.

„ Non raro, inquit, accidit, ut lex et natura
„ sibi invicem sint contrariae. Naturâ enim quid,

„ quid

„ quid pejus est, idem et turpius est, quale in„ juriam pati, lege vero inferre. Non enim vi„ ri est injurias perpeti, ſed mancipii cujusdam, „ mortuum esſe quam vivere ſatius ducentis, „ quod contumelia affectum, neque a ſe ipſo, „ neque ab illis, quorum curam agit, injuriam „ propellere potest. Verum, ut mea fert ſenten„ tia, qui leges ferunt, imbecilliores ſunt, et „ de plebe homines; proprii igitur emolumenti „ cauſa leges condunt, laudesque et vitupera„ tiones componunt, et metum potentioribus in„ jicientes, ne illi, nimia cum ſint auctoritate, „ ipſis noceant, dicunt turpe et injustum esſe, „ aliis plus habere. Atque hoc illis injustitia „ est, videre ut plura quam alii habent, posſi„ deas. Nimirum caeterum inferiores, aequam „ partem ſibi ſufficere putant: propterea lege qui„ dem illud injustum turpeque dicitur, quaerere „ ut plus quam caeteri acquiras, et hoc vulgo „ injuriam vocant. Natura vero ipſa, (ut pu„ to) demonſtrat aequum esſe, ut praestan„ tiores omnia caeteris habeant ſuperiora: et „ hoc naturae decretum, tum in caeteris ani„ malibus conſpicitur, tum in hominum civitati„ bus gentibusque: videlicet justitiam eo cenſe„ ri, ut melior pejori imperet, pluraque posſi„ deat. Nam quo jure Xerxes Graeciam bello „ adortus est, aut pater ejus Scythas: aut innu„ merabiles alii, quos referre longum ſit; ve„ rum arbitror illos ſecundum juris naturam, et „ legem naturae hoc facere: non autem juxta „ leges, quas nos ponimus, e quibus praestan„ tis generoſaeque indolis juvenes, ab incuna„ bulis tamquam leonis catulos fingentes, ve„ luti illecebrarum praestigiis in ſervitutem re-

„ digimus, dicentes aequitatem esse servandam, „ idque pulchrum justumque esse. Enim vero „ si quis egregio vir ingenio existat, qui has „ vestras, opinor, literas, terricula, fascinatio- „ nes, leges abjicere, confringere ac conculcare „ audeat; istud, inquam, mancipium vobis do- „ minabitur, et in eo naturae ipsius jus effulge- „ bit. Mihi quidem Pindarus hanc sententiam „ confirmare videtur, in illo carmine, ubi ait, „ legem omnium mortalium et immortalium esse „ reginam: haec, (inquit) praepotenti manu, „ violenter jus exercet. Videtur autem Hercu- „ lem significare, qui non emptos neque dono „ acceptos, sed vi raptos Geryonis boves ab- „ duxit: videlicet hoc erat naturâ jus, ut bo- „ ves et caetera bona, non infirmiorum et pe- „ jorum, sed potentiorum et meliorum propria „ essent. Veritas igitur ita se habet, idque ipse „ experieris, si relicto Philosophandi studio, ad „ majora te converteris. Philosophia enim ve- „ nusta res est, si quis illam in adolescentia „ temperanterque attingat; sin autem in illa su- „ pra modum tempus conteritur, homines pes- „ sum dat; unusquisque enim bono ingenio „ a natura instructus, si diutius, provectus aetate „ cum sit, philosophetur, necessario omnium „ rerum imperitus evadit, quarum oportet cla- „ rum virum ingenuumque peritiam habere. Nam „ et legum civilium, et verborum, quibus in „ coetu et consuetudine hominum, tam publice „ quam privatim utendum est, voluptatum prae- „ terea, cupiditatumque humanarum et, ut bre- „ viter comprehendam, morum prorsus ignari „ evadunt. Itaque quoties ad aliquam rem ge- „ rendam, vel publicam vel privatam se accin-

„ gunt,

„ gunt, ridiculi sunt, eodem opinor modo, quo „ civiles viri, si in vestras exercitationes et „ disputationes descendunt. Evenit enim illud „ Euripidis: qua in re clarus quisque est, ad „ eam properat, et majorem diëi partem in ea „ consumit, ut se ipse superet. Ubi vero in„ ferior sit, inde fugit, illudque vituperat; aliud „ vero collaudat, quadam erga se ipsum bene„ volentia, existimans se ipsum ita laudare. Ve„ rum praestare arbitror, amborum participem „ fieri: pulchrum quidem est philosophiam at„ tingere, quatenus ad disciplinam pertinet, ne„ que turpe est adolescenti philosophandi stu„ dium. Sed si senior quis, o Socrates, philo„ sophiae adhaeserit, ridicula res est. Equidem „ similiter erga illos affectus sum, qui philoso„ phiae operam dant, et erga balbutientes ac „ ludentes: quoties enim puerulum video, quem „ iste balbutiens lusoriusque sermo decet, delec„ tor, et liberale mihi hoc et festivum videtur, „ puerilique aetati conveniens; quoties vero „ puerulum audio, verba distincte pronuncian„ tem, molestum mihi videtur, ac servile quod„ dam, measque aures offendit; sin virum audio „ balbutienem, aut video ludentem, perridicu„ lum hoc quidem, a viroque alienum ac pla„ gis dignum apparet. Idem mihi erga philoso„ phantes evenit. In adolescente enim philoso„ phiam deprehendens, probo id quidem et hoc „ decere, juvenemque ingenuum esse arbitror; „ eum vero qui non philosophetur, illiberalem „ nec umquam praeclarum aliquod ac genero„ sum de se ipso praestiturum. Verum si quan„ do grandiorem natu philosophantem video, „ nequedum ista studia relinquentem, verberi-

„ bus jam hunc virum, Socrates, dignum cen-
„ seo; quum huic homini accidat, sicut modo
„ dicebam, ut etiamsi bene natus sit, tamen
„ iners et ignavus fiat: fugit enim mediam ci-
„ vitatem, forique negotia, in quibus poeta ait,
„ ἄνδρας ἀριπρεπεῖς fieri: absconditque se, et
„ caeteram aetatem agit cum tribus vel qua-
„ tuor pueris in angulo, susurrando, nihil um-
„ quam liberale aut magnificum prolaturus. Ita-
„ que eodem modo nunc erga te affectus esse
„ videor, quo Zethus erga Amphionem, apud
„ Euripidem, cujus modo mentionem injeci: te
„ enim ejusmodi fere verbis appellavi, quibus
„ ille fratrem; quod negligis ea quae curae tibi
„ esse oportebat, ac praestantem tuam naturae
„ indolem juvenili specie effingis, utpote qui
„ nec in conciliis recte verba facere, neque con-
„ veniens ac probabile eligere, neque aliis ala-
„ criter consulere scias. Quare, o bone Socra-
„ tes, (ne mihi succense: benevolentia enim
„ erga te mea ad haec proferenda nunc me
„ movet) nonne pudet te, sic comparatum es-
„ se, quemadmodum arbitror et te et caeteros
„ omnes, qui philosophiam diutius persequuntur!
„ nunc enim si quis te vel alium quemquam e
„ vestris comprehensum in carcerem rapiat in-
„ sontem, dicens te injuriam intulisse; sane quod
„ agas non habebis, sed vertigine correptus,
„ oscitans obmutesces. Deinde, adductus in ju-
„ dicium, vel ab ignavo abjectoque accusatore
„ ultimo supplicio, si ita illi videbitur, afficie-
„ ris. Enim vero potestne haec sapientia appel-
„ lari, Socrates, si qua ars ingenuum virum
„ nacta, hunc deteriorem reddit, adeo ut nec
„ ipse sibi opem ferre possit, neque e gravissi-

„ mis

„ mis periculis se aut alium quemquam expedi-
„ re, sed omnia sua ab adversario agi ferrique
„ videat; verbo si inglorius in civitate vivat?
„ ubi viro (quamvis rusticius dictu sit) alapas
„ inferre impune licet. Quam ob rem, o bo-
„ ne vir, me audi, et jam vanas argutias con-
„ sectari desine. (παῦσαι δ' ἐλέγχων p. 297. C.)
„ decora rerum gerendarum exerce officia, at-
„ que ea e quibus veri sapientis nomen con-
„ sequaris. Ista vero arguta, sive deliramenta,
„ sive nugas,

ἐξ ὧν κακοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

„ aliis relinque; denique imitare non illos qui
„ haec viliora captant, sed eos qui divitiis et
„ gloria et aliis bonis abundant."

Quod attinet ad illum philosophiae contemptum, quem Callicles in fine suae orationis prae se fert, notanda sunt verba Socratis ad eum, Ibid. p. 297. E. πεπαίδευσαί τε γὰρ ἱκανῶς, ὡς πολλοὶ ἂν φήσαιεν Ἀθηναίων, καὶ ἐμοὶ εἶ εὔνους. τίνι τεκμηρίῳ χρῶμαι, ἐγὼ σοι ἐρῶ. οἶδα ὑμᾶς ἐγὼ, ὦ Καλλίκλεις, τέτταρας ὄντας κοινωνοὺς γεγονότας σοφίας, σέ τε καὶ Τίσανδρον τὸν Ἀφιδναῖον, καὶ Ἄνδρωνα τὸν Ἀνδροτίωνος, καὶ Ναυσικύδην τὸν Χολαργέα, καί ποτε ὑμῶν ἐγὼ ὑπήκουσα βουλευομένων μέχρις ὅποι τὴν σοφίαν ἀσκητέον εἴη. καὶ οἶδα ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοίαδε τὶς δόξα, μὴ προθυμεῖσθαι τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ εὐλαβεῖσθαι παρακελεύεσθε ἀλλήλοις, ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι, λήσετε διαφθαρέντες.

Si quis autem rogat, quare Plato aliquem potius Sophistarum discipulum, quam ipsum Gorgiam aut Polum haec disputantem faciat, nos quidem habemus quod respondeamus. Etenim

sic

ſic faciendo magistrorum disciplinam in contemptum vocabat (1), poteratque hujus doctrinae abſurditatem exaggerare impunius atque explodere *ille exagitator* Rhetorum omnium (2). Tum ſive Polum, ſive Gorgiam, ſive denique Protagoram istius doctrinae auctores tacite ſignificaverit, equidem negari non posſe confitemur, ejusmodi orationes a veteribus Sophistis haberi ſolitas fuisſe. Attamen nobis perſuaſum est, illas fuisſe *ἀντικειμένους λόγους* ſaniori disputandi rationi. Talia autem argumenta in Sophistarum Rhetorumque ſcholis ſaepius poſita ſuisſe probabile est, propter egregiam copioſamque dicendi in utramque partem materiam. Ipſam autem Calliclis orationem propterea etiam retulimus, ut haberent nostri lectores aliquod Sophisticae prolixitatis ſpecimen, quam tamen credimus Platonem adauxisſe, a divinâ ſua ſcribendi ſublimitata ad humiliorem Rhetorum rationem altius etiam quam par esſet deſcendentem.

§. 2.

De Poli ſcriptis et eloquentia.

Videamus nunc quae Polus condiderit ingenii ſui monumenta. Meurſius ad Apoll. Dysc. C. 1. re-

(1) Acerbisſimum exempl. gr. est illud (p. 797 D.) *τὼ δὲ ξένω πότε, Γοργίας τε καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν καὶ φίλω ἐστὸν ἐμώ, ἐνδεεστέρω δὲ παρρησίας, καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος. Πῶς γὰρ οὔ; ὥγε εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐληλύθατον, ὥστε διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι, τολμᾷ ἑκάτερος αὐτῶν αὐτὸς αὑτῷ ἐναντία λέγειν, ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων.*

(2) Cic. Orat. c. 13.

refert ſcripſiſſe Polum tragoediam, cui titulus esſet Τρωάδες. Miramur autem tam doctum virum in hunc errorem incidisſe, quem accuratius ſi refutamus, operae pretium facturos ſperamus. Itaque Meurſius testem laudavit Scholiastem ad Aristotelis Rhetorica, ſine loci, ut ſolet, indicio. Aristotelis quidem verba invenimus in libr. II. c. 23. Ἄλλος (τόπος) ἀπὸ τοῦ ὀνόματος. οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς. Σαφῶς σιδηρῷ καὶ φοροῦσα τοὔνομα. — καὶ ὡς Κόνων Θρασύβουλον θρασύβουλον ἐκάλει, καὶ Ἡρόδικος Θρασύμαχος, αἰεὶ θρασύμαχος εἶ. καὶ Πῶλον, αἰεὶ σὺ πῶλος εἶ. — καὶ ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν Ἀφροδίτην. καὶ τοὔνομ᾽ ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχεις θεά. Schol. ad Arist. ed. Pariſ. p. 47. ad vocem Πῶλος haec habet: μαθητὴς καὶ παῖς ἦν τοῦ Γοργίου. ἐν ταῖς Τρωᾶσι τῷ δράματι εἰσάγει τὴν Ἑκάβην λέγουσαν πρὸς τὴν Ἀφροδίτην, ἃ φησιν ὁ βιάζων πρὸς τὴν Σιδηρῶ. αὕτη δὲ μαχίμος ἐςι, ὡς κεχρημένη σαφῶς σιδήρῳ, καὶ φέρουσα τοὔνομα. κ. τ. λ. Turbata ſunt haec verba, adeo ut unum Scholium e tribus diverſis ſcholiis fuerit conflatum. Verba μαθητὴς — Γοργίου pertinent ad Polum: quae ſequuntur: ἐν ταῖς Τρωᾶσι — Ἀφροδίτην, reſpiciunt Aristotelis verba: ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη κ. τ. λ. qui ſignificavit Euripidearum Troadum vs. 99?. verbis paulo ſecus laudatis. Tum tertia Scholii pars, a verbis inde: φησὶν ὁ βιάζων (illud ἃ expungendum, quippe copula librario debita) convenit in verſum Sophocleum ab Aristotele laudatum: quod ne quis in dubium vocet, dabimus ejusdem Scholiastae verba quae p. 46. inveniuntur, ad vocem Σιδηρῶ· ἡ Σιδηρὼ κόρη τίς ἦν, καὶ ἐβιάζετο παρά τινος. ἡ δὲ οὐχ

ὑπη-

ὑπήκουεν· ἀπὸ γοῦν τοῦ ὀνόματος ἐπιχειρήτεον, ὅτι καλῶς ὠνομάσθη [σιδηρῶ, ὡς Φοροῦσα] ἤτοι φέρουσα τὸ ὄνομα τοῦ σιδήρου· ἀκαμπὴς γὰρ ἦν ὡς σίδηρος. Verſus autem Sophocleus ex hujus *Tyro* deſumtus videtur, ubi fortasſe ipſa Tyro de novercae Siderus crudelitate querelam fuderit. Vid. auctt. ll. a Simſone, Chron. ad Annum M. 1596 et 2641.

Sed ad Polum redeamus, qui ab hoc Tragoediae fastigio dejectus, potius Grammaticorum et Rhetorum ludo includendus est.

Scripſit librum cui Titulus fuerit τέχνη ῥητορικὴ. Vid. Plato, in *Gorgia* p. 287. C. ubi de Rhetoricae definitione disputatur, rogatque Polus: ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; reſpondet Socrates, πρᾶγμα ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχνην ἐν τῷ συγγράμματι. ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων. Ibid p. 281. E. dixerat Polus: Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι. ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην· ἀπειρία δὲ, κατὰ τύχην. Ad hunc autem librum procul dubio reſpexit Aristoteles, Metaph. I. 1. Ait enim: ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὥς φησὶ Πῶλος, ὀρθῶς λέγων. ἡ δὲ ἀπειρία τύχην. Tunc explicat vim *artis* et *experientiae*, ſic pergens: γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γενήται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις· τὸ μὲν γὰρ ἔχειν ὑπόληψιν, ὅτι Καλλίᾳ κάμνοντι τηνδὶ τὴν νόσον, τοδὶ συνήνεγκε, καὶ Σωκράτει, καὶ καθέκαϛον οὕτω, πολλῆς ἐμπειρίας ἐϛί· τὸ δ᾽ ὅτι πᾶσι τοῖς τοιοῖςδε κατ᾽ εἶδος ἓν ἀφορισθεῖσι, κάμνουσι τήνδε τὴν νόσον, συνήνεγκε, οἷον τοῖς φλεγματώδεσιν

σιν ἢ χολώδεσιν, ἢ πυρέττουσιν καύσω, (1) τέχνης· Πρὸς μὲν οὖν τὸ πράττειν ἐμπειρία τέχνης οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιτυγχάνοντας ὁρῶμεν τοὺς ἐμπείρους τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία τῶν καθέκαςά ἐςὶ γνῶσις, ἡ δὲ τέχνη τῶν καθόλου. αἱ δὲ πράξεις καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι, περὶ τὸ καθέκαςόν εἰσιν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγίαζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκὸς. ἀλλὰ Καλλίαν, ἢ Σωκράτην, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ οὕτω λεγομένων, ᾧ συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ εἶναι· ἐὰν οὖν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας ἔχῃ τις τὸν λόγον, καὶ τὸ καθόλου μὲν γνωρίζῃ, τὸ δ' ἐν αὐτῷ καθέκαςον ἀγνοῇ, πολλάκις διαμαρτήσεται τῆς θεραπείας. θεραπευτὸν γὰρ τὸ καθέκαςον μᾶλλον. ἀλλ' ὅμως τό γε εἰδέναι καὶ τὸ ἐπαΐειν τῇ τέχνῃ, τῆς ἐμπειρίας ὑπάρχειν οἰόμεθα μᾶλλον, καὶ σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνομεν, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθοῦσαν τὴν σοφίαν πᾶσι· τοῦτο δὲ ὅτι οἱ μὲν τὴν αἰτίαν ἴσασιν, οἱ δὲ οὔ. οἱ μὲν γὰρ ἔμπειροι, τὸ ὅτι μὲν ἴσασι, διὸ τι δ' οὐκ ἴσασιν. οἱ δὲ τὸ διὸ τι, καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσι· διὸ καὶ τοὺς ἀρχιτέκτονας περὶ ἕκαςον τιμιωτέρους, καὶ μᾶλλον εἰδέναι νομίζομεν τῶν χειροτέχνων, καὶ σοφωτέρους, ὅτι τὰς αἰτίας τῶν ποιουμένων ἴσασιν. οἱ δ' ὥσπερ καὶ τῶν ἀψύχων ἔνια, ποιεῖ μὲν, οὐκ εἰδότα δὲ ποιεῖ, οἷον, καίει τὸ πῦρ. τὰ

(1) Lege *καύσων ardor, aestus:* artis enim est haec obſervatio, in pituitoris, biloſis, ac febricitantibus obtinere quemdam ardoris aestum. Est quidem in promtu haec emendatio; neque ipsum mendum forte quidquam aliud est, niſi lapſus operarum in nostra Sylburgiana editione.

τὰ μὲν οὖν ἄψυχα φύσει τινὶ ποιεῖν τούτων ἕκαστον. τοὺς δὲ χειροτέχνας δι' ἔθος, ὡς οὐ κατὰ τὸ πρακτικοὺς εἶναι σοφωτέρους ὄντας, ἀλλὰ κατὰ τὸν λόγον ἔχειν αὐτοὺς, καὶ τὰς αἰτίας γνωρίζειν.

Quae huc usque discripſimus, ſi quis ab Aristotele e Poli libro deſumta vel eleganter adumbrata esſe putet, ſuae ſententiae noſtram quoque adſcribat; hanc tamen quibus rationibus firmemus, nunc docebimus. Quae hunc locum proxime praecedunt, a primi capitis initio inde, eo ſpectant, ut probetur: „ hominibus innatam esſe „ discendi cupiditatem, quod cum e ſenſuum „ diligentia pateat, oculos tamen plurimum per„ ficere: animalia quaedam memoria valere, alia „ nullam habere: nullum animal e memoria ex„ perientiam colligere; hominem autem ratio„ nem et artem excoluisſe:" tum ſequitur locus ſupra descriptus; quo pertractato, Aristoteles: *ὅλως τε*, inquit, *σημεῖον τοῦ εἰδότος καὶ τὸ δύνασθαι διδάσκειν ἐστί. καὶ διὰ τοῦτο τὴν τέχνην τῆς ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ἐπιστήμην εἶναι*: haec deinceps demonſtrantur. Itaque videtur Aristoteles, expoſita Poli opinione, ejus quaſi ſummam conficere, et ad propriam ſuam ſententiam explanandam pergere. Praeterea non Socratis tantum mentio peculiaris est, ſed Calliae in primis in mentem venire debebat Sophistae, quippe prae caeteris Athenienſibus, Sophistarum fautoris, eorumque doctrinam magna argenti penſione redimentis. Vid. Plato *Protag.* p. 195. ubi Calliam Hipponici filium esſe, apud quem turba Sophistarum divertit, inde liquet, quod in eorum enumeratione, qui cum Protagora disputante deambulant, hic tamquam hospes aedium-

que

que dominus primus in censum venit. Hoc eam ob causam monuimus, ne confunderetur hic Callias cum Callia, Calliadae filio, ὃς Ζήνωνι ἑκατὸν μνᾶς τελέσας, σοφός τε καὶ ἐλλόγιμος γέγονεν. Vid. Plato, *Alcib.* I. p. 31. E. Caeterum eumdem Hipponici filium significat Xenophon, *Symp.* p. 873. A. ubi Socrates ita ad Calliam: ἀεὶ σὺ ἐπισκώπτεις ἡμᾶς καταφρονῶν, ὅτι σὺ μὲν Πρωταγόρᾳ τε πολὺ ἀργύριον δέδωκας ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ Γοργίᾳ, καὶ Προδίκῳ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς. — Quaenam igitur Poli sint in hoc excerpto partes, aegerrime distinguitur. Nam quis credat, Sophistam tam accurate Rhetoricam pertractasse, quam expectari poterat a viro ipsum *artis* vocabulum accuratissime explicante, cum propter perversam, quae pervulgata erat, de Rhetorica opinionem, Aristotelem primum ad libros suos de hac arte conscribendos se accinxisse constet? Immo Polo tribuendum putamus, quodcumque de experientia artis genitrice in Aristotelico loco disputatur; quae autem disseruntur, quomodo differant illi qui solam experientiam ducem sequantur, ab his qui artem excolant: haec igitur e subtiliore Aristotelis ingenio profecta esse censemus.

Meursius l. l. e Sopatro, in Prolegomenis ad Aristidis Oratt. Plat. quaedam verba laudat, e quibus facile quis in falsam opinionem inducatur, scripsisse Polum de *Adulatione.* Itaque quid rei sit, breviter monebimus. Verba ἀποδεδειγμένης τέταρτον μέρος κολακείας ῥητορικῆς ἐπήνεγκε Πῶλος, καὶ οἱ ῥήτορες ἄρα κόλακες ἦσαν. pertinent ad Aristidem, T. II. p. 8. ubi *Gorgias* Platonicus ad argumenti brevitatem con-

trahitur: quae quum nec Meursius, nec Jebbius intellexisse videantur, ita vertenda sunt: *cum igitur ostensum esset adulationis quartam partem esse Rhetoricam, subjecit Polus: „ ergone omnes oratores sunt adulatores?"* Vid. Plato, *Gorg.* p. 288. F. ubi Polus haec Socratem rogat: Τί οὖν φῄς; κολακεία δοκεῖ σοι εἶναι ἡ ῥητορική.

Porro Suidas: ἔγραψε, inquit, Γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, καὶ πῶς ἕκαστος ἀπήλλαξε· τινές δε αὐτὸ Δαμάστου ἐπιγράφουσι. νεῶν κατάλογον, περὶ λέξεων. Navium ille *Catalogus* forte conjunctus fuit cum illo libello, in quo omnium, qui in bello Trojano pugnarunt, fata enarraverat. De Damasta, cui narrat Suidas, hunc libellum a quibusdam adscribi solere, ipse Suidas satisfecit, in voce Δαμάστης, sic scribens: Δαμάστης Σιγεύς — σύγχρονος Ἡροδότου. — γέγραφε περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι γενομένων. περὶ γονέων καὶ προγόνων τῶν εἰς Ἴλιον στρατευσαμένων βιβλία δύο. ἐθνῶν κατάλογον. καὶ πολέων. κ. τ. λ.

Eloquentia autem Poli e Gorgiae dicendi modo efficta fuisse putanda est; nisi forte credamus, eum sententiosa ornataque dictione et numeri suavitate magistrum antecelluisse. Eo facit Plato, *Phaedr.* 353. D. τὰ δὲ Πώλου πῶς φράσομεν αὖ μουσεῖα λόγων, ὡς διπλασιολογίαν, καὶ γνωμολογίαν, καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε Λικυμνίων (1), ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο πρὸς ποίησιν εὐε-

(1) Olearius ad Philostrat. p. 497. n. 4. monet Viros Doctos vidisse, desiderari vocem χρῆσιν vel simi-

[illegible]; ornata quidem perquam sunt, quae illi a Platone ipso, in *Gorgia* p. 291. G. tribuuntur, ubi cum Socrates affirmavit pejus esse, malum inferre quam perpeti, haec Polus: πῶς λέγεις; ἐὰν ἀδίκως ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων, καὶ ληφθεὶς στρεβλῶται, καὶ ἐκτέμνηται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκάηται (1), καὶ ἄλλας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παντοδαπὰς λώβας λωβηθεὶς, καὶ τοὺς αὑτοῦ ἐπιδὼν παιδάς τε καὶ γυναῖκα (2), τὸ ἔσχατον ἀνασταυρωθῇ, καὶ καταπιττωθῇ, οὗτος εὐδαιμονέστερος ἔσται, ἢ ἐὰν διαφυγὼν τύραννος καταστῇ καὶ ἄρ-

χων

simile quid, et corripit Ficinum vertentem ultima verba: *prout a Licymnione didicit*, cum hujus nomen sit Licymnius. Recte quidem Ficini errorem oppugnat V. D.; in eo tamen fallitur, quod *Licymnium* Sophistae nomen fuisse contendit. Apud Dionysium enim Halicarn. bis vel quater occurrit nomen Λικύμνος. De ipso Licymno vide quae disputat, et quos laudat Heind. ad Platonis *Phaedr.* p. 318. *sq.*

(1) Astius, ad Plat. *Rep.* l. II. c. 5. p. 397. legendum monet: καὶ ἐκτέμνηται τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἐκκάηται.

(2) Possint haec ita accipi, ut huic homini omnes carnificum cruciatus perferenti, uxor et pueri in conspectum admoveri putentur, eodem nempe consilio, quo Verres Gavium cruce sublimem suspendebat, in ipsius Italiae conspectu. Cum autem Ficinus verterit: *videat praeterea liberos et uxorem pati eadem*, duriorque sit haec Ellipsis in Graecis, suspicamur Ficini codicem habuisse: καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐπιδὼν παιδάς τε καὶ γυναῖκα ταὐτὰ πάσχοντας.

χων ἐν τῇ πόλει διαβιῷ, ποιῶν ὅ τι ἂν βούληται, ζηλωτὸς ὢν καὶ εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων; ταῦτα λέγεις ἀδύνατον εἶναι ἐξελέγχειν;

Prolixiorem fuisse Poli orationem, eo certius est, quod Socrates illam bis in *Gorgia* perstringit p. 281. G. et 287. A.

CAPUT

CAPUT V.

HIPPIAS.

§. 1.

De Hippiae vita et moribus.

Hippiae Elei in paucis Sophistarum celebratisſimum est nomen. Cujus neſcimus an malo fato acciderit, ut ſolum fere Platonem ſuarum virtutum praeconem nactus ſit, ſiquidem melius est, plane ignorari, quam ita laudari, ut vanitas tua et magniloquentia in proverbium abeant.

Etenim cum ſaepe in veterum ſcriptis Hippiae nomen memoretur, pauca tamen de illo testimonia invenimus, quae non e Platone tamquam fonte fluxiſſe viderentur. Philoſtratus quidem e Platonis utroque *Hippia* ejus vitae enarrationem tam callide conflavit, ut vix imitationis vestigia appareant: in caeteris auctoribus parum est praeſidii.

De Hippiae aetate nihil amplius affirmare licet, niſi eum fuiſſe Protagora multo juniorem: hoc ipſe testatur apud Platonem *Hipp. M.* p. 96. C Suida teste, in Ἱππίας, audivit Hegeſidemum, de quo horum temporum Philoſopho vel Sophiſta, nos ne fando quidem audivimus; veroſimile quidem est, Hippiam cum ſui aequalibus Sophi-

phistis versatum esse, quibuscum sane divertebat apud Calliam Atheniensem; vid. idem *Prot*, p. 195. E. Credendum est eum musicam a Lampro, Rhetoricam ab Antiphonte Rhamnusio didicisse: Athenaeus enim, L. XI. p. 506. F. ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ, inquit, οὐ μόνον Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος χλευάζεται, ἀλλὰ καὶ ὁ Ῥαμνούσιος Ἀντιφῶν, καὶ ὁ μουσικὸς Λάμπρος. In Platonis autem *Menexeno* Hippiae nomen nusquam occurrit; sed Socrates Rhetorum laudationes, orationesque funebres videns, se has etiam facere posse gloriatur, quippe musicam edoctum a Conno, Rhetoricam ab Aspasio: οὕτω μὲν οὖν τρεφόμενον ἄνδρα (inquit, p. 403. E.) οὐδὲν θαυμαστὸν δεινὸν εἶναι λέγειν. ἀλλὰ καὶ ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθείς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως κἂν οὗτος οἷός τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν. Quodsi Athenaeus tam certo scivit, Hippiam a Platone tacite designari, necesse est aliunde illi innotuerit, hos Praeceptores Hippiam habuisse.

Minus frequenter Athenis commorabatur, in quam urbem se raro venire simulat, propter infinitum legationum obeundarum laborem. Vid. *Hipp. Maj* p 95. D. Xenophon. *Mem. S.* p. 804. διὰ χρόνου ἀφικόμενος ὁ Ἱππίας Ἀθήναζε παρεγένετο τῷ Σωκράτει. itaque veteres Sophistas per Graeciam circumvagantes sectatus sit, aut alios etiam artium magistros, jam tum in quovis genere orientes, diligenter audiverit, e quorum institutione, cum felicissima valeret memoria (Plato *Hipp. Maj.* 97. E. Philostr. p. 497) ita profecerit, ut omnem artium disciplinarumque ambitum complecteretur, neque eas tantum,

quae sola vi ingenii excolerentur, verum etiam quae manuum artificio exercerentur, probabiliter novisset. (Id. *Hipp. Min.* 230 B. et 231 C. cf. Philostr. l. l.) Quo factum est, ut a civitate sua idoneus haberetur aliquam Reip. curam gerendo, saepiusque legatus tum ad alias urbes, tum imprimis Lacedaemonem mitteretur. Plato l. l. Ac per ipsam quidem harum legationum opportunitatem, suam doctrinam divenditabat: Athenis, ubi a Platone (1) et Xenophonte sermonem cum Socrate habens fingitur, in Sicilia, ubi e regione quadam Inyca, magna institutionis mercede poscenda, ingentem pecuniam coëgit: (Plato l. l. 96. C. et Philostr. l. l.) Lacedaemone, ubi cum homines minus avidos harum deliciarum deprehenderet, magis austero utebatur dicendi genere gravioribusque loquendi argumentis, rerum publicarum genera recensens, de coloniis operibusque publicis disputans, (Philostr. p 495.) *περὶ τῶν γενῶν, ὦ Σώκρατες, τῶν τε Ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν κατοικήσεων, ὡς τοὐρχαῖον ἐκτίσθησαν αἱ πόλεις, καὶ συλλήβδην πάσης τῆς ἀρχαιολογίας ἥδιστα ἀκροῶνται.* Haec ipse Hippias apud Plat. 97. E. Hactenus de ejus vita et rebus gestis.

Apud

(1) Athenaeus, l. V. p. 218. Platonem temporum ordinem non servasse, satis firmis rationibus probat, ostenditque non potuisse Hippiam Athenis diverere, eo tempore quo a Platone in *Prot.* cum Socrate disputans inducitur. Sed haec, ut opinor, nihil ad nos. Longum sit rationes Athenaei ad accuratum examen revocare; atqui si vel inde maxime pateret, Platonem erravisse, non statim sequeretur, numquam Hippiam cum Socrate collocutum esse: praeterea hos Xenophon unà disserentes facit.

Apud Platonem tanta ejus est arrogantia, quae legentibus nauseam faciat. Quis enim ferat hominem ita de se praedicantem, (*Hipp Maj* p. 95 D.) ἡ γὰρ Ἦλις, ὅταν τὶ δέηται διαπράξασθαι, πρός τινα τῶν πόλεων, ἀεὶ ἐπὶ πρῶτον ἐμὲ ἔρχεται τῶν πολιτῶν, αἱρουμένη πρεσβευτήν. ἡγουμένη δικαςὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον εἶναι τῶν λόγων, οἳ ἂν παρὰ τῶν πόλεων ἑκάςων λέγωνται. Ibidem p. 97. E., ubi cum Socrates miratus est, quantam molestiam Hippiae facessat orationum memoriter discendarum labor, hic: πόθεν, inquit, ὦ Σώκρατες; ἅπαξ ἀκούσας πεντήκοντα ὀνόματα, ἀπομνημονεύω. In *Hipp. Min.* p. 230. A. Eudicus Socrati affirmat, Hippiam non esse recusaturum, quo minus Socrati ad omnia respondeat. Tum Hippias: καὶ γὰρ ἂν δεινὰ ποιοίην, ὦ Εὔδικε, εἰ Ὀλυμπίαζε μὲν εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν, ὅταν τὰ Ὀλύμπια ᾖ, ἀεὶ ἐπανιὼν ἐξ Ἤλιδος, εἰς τὸ ἱερὸν παρέχω ἐμαυτὸν, καὶ λέγοντα, ὅ, τι ἄν τις βούληται, ὧν ἂν μοι εἰς ἐπίδειξιν παρεσκευάσμενον ᾖ, καὶ ἀποκρινόμενον τῷ βουλομένῳ ὅ, τι ἄν τις ἐρωτᾷ: Quem quum Socrates beatum praedicasset cum hac ingenii praestantia, Hippias: εἰκότως, inquit, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ τοῦτο πέπονθα. ἐξ οὗ γὰρ ἦργμαι Ὀλυμπίασιν ἀγωνίζεσθαι, οὐδενὶ πώποτε κρείττονι εἰς οὐδὲν ἐμαυτοῦ ἐνέτυχον. Denique ibid. p. 231. G. haec Socrates ad Hippiam, ἔφησθα δὲ ἀφικέσθαι ποτὲ εἰς Ὀλυμπίαν, ἃ εἶχες περὶ τὸ σῶμα ἅπαντα, σαυτοῦ ἔργα ἔχων. πρῶτον μὲν δακτύλιον (ἐντεῦθεν γὰρ ἤρχου) ὃν εἶχες, σαυτοῦ ἔχειν ἔργον· ὡς ἐπιςάμενος δακτυλίους γλύφειν. καὶ ἄλλην σφραγῖδα, σὸν ἔργον, καὶ ςλεγγίδα, καὶ λήκυθον, ἃ αὐτὸς εἰργάσω. ἔπειτα ὑποδήματα ἃ εἶχες, ἔφησθα

αὐ-

αὐτὸς σκυτοτομῆσαι, καὶ τὸ ἱμάτιον ὑφῆναι, καὶ τὸν χιτωνίσκον. καὶ (ὅγε πᾶσιν ἔδοξεν ἀτοπώτατον, καὶ σοφίας πλείςης ἐπίδειγμα) ἐπειδὴ τὴν ζώνην ἔφησθα τοῦ χιτωνίσκου ἣν εἶχες, εἶναι μὲν οἷαι αἱ Περσικαὶ τῶν πολυτελῶν, ταύτην δὲ αὐτὸς πλέξαι. πρὸς δὲ τούτοις ποιήματα ἔχων ἐλθεῖν, καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας, καὶ διθυράμβους, καὶ καταλογάδην πολλοὺς λόγους καὶ παντοδαποὺς συγκειμένους. καὶ περὶ τῶν τεχνῶν. δὴ ὧν ἄρτι ἐγὼ ἔλεγον, ἐπιςήμων ἀφικέσθαι διαφερόντως τῶν ἄλλων, καὶ περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων ὀρθότητος.

Cicero quidem, de Orat. III. 32. Platonem in eam ſententiam interpretatur, ut Hippiam cenſuisſe putet, omnem rerum varietatem copiamque Oratorem complecti debere. Attamen non hoc fuisſe videtur Hippiae propoſitum: Rhetoricae enim, quamvis prae caeteris artibus facultate valeret, harum tamen omnium ſcientiam ſibi comparaverat, non modo ut de quavis re diſerte dicere, ſed ut ipſis artibus docendis, quaestum facere posſet. Vid. omnino Philoſtr. p. 496. et Dio Chryſoſtomus, Orat. LXXI. init.

Enim vero nos quidem cavendum arbitramur, ne Platoni impenſius credatur, cui tum omnes odioſi erant Rhetores, tum haec multiplicis et variae doctrinae ostentatio facile bilem movebat; licet haec eo non disputemus, ut totum hoc fastus ventoſique ingenii crimen dilui posſe credamus; immo vere Hippiae morem depinxisſe videtur Xenophon, in Mem. S. p. 804. C. ubi cum Socrates perhibet quarumvis artium inveniri doctores; neminum tamen esſe, qui alios justitia erudire posſit, Hippias: *ἔτι γὰρ σὺ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις, ἃ ἐγὼ πά-*

λαι ποτέ σου ἤκουσα; ad quae Socrates respondet, non solum de eisdem se loqui, sed eodem etiam modo, nisi forte Hippias putet, de literis, de Arithmetica et similibus, aliter aliis temporibus disseri posse. Tum Hippias: περὶ μὲν τούτων, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὥσπερ σὺ καὶ ἐγὼ ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω· περὶ μέντοι τοῦ δικαίου πάνυ οἶμαι νῦν ἔχειν εἰπεῖν, πρὸς ἃ οὔτε σὺ, οὔτ' ἂν ἄλλος οὐδεὶς δύναιτ' ἂν εἰπεῖν. — Quin eo propensiorem Hippiam fuisse ad arrogantiam credibile est, quo longiore spatio suae aetatis homines in omnium scientiarum ambitu percurrendo, post se relinqui videret. Sed age harum scientiarum nos quoque censum instituamus, quas σωρὸν καὶ ἑσμὸν σοφίας festive vocat Themistius, Orat. XXIX. p. 345. D.

Noverat Hippius τὰ περὶ τὰ ἄστρα τε καὶ τὰ οὐράνια πάθη. Plato, *Hipp. Maj.* 97. D. Haec etiam docens depingetur in *Protagora* p. 195. E. ἐφαίνοντο (auditores cum Athenienses, tum peregrini) δὲ περὶ φύσεώς τε καὶ μετεώρων ἀστρονομικὰ ἄττα διερωτᾶν τὸν Ἱππίαν. ὁ δὲ ἐν Θρόνῳ καθήμενος, ἑκάστοις αὐτῶν διέκρινε καὶ διεξῄει τὰ ἐρωτώμενα. — *Geometriam* Id. *Hipp. Min.* 231. E. Tum docebat *arithmeticam* Plat. *Hipp. Maj.* et Xen. l. l. porro, teste Philostrato, de *pictura*, *statuaria* et *musica* disserebat. De *pictura* quid rei sit ignoramus, sed *statuariam* fortasse memorat Philostratus ex male lecto vel obiter tantum inspecto Platonis loco, p. 99. ubi absurdam pulcri definitionem ponit Hippias, ac Socrates eam ita oppugnat, ut multa de Phidia arteque statuaria disputentur; — *musicam* etiam nescimus an incogitate addiderit idem Philostratus. Videtur enim cogitasse locos Platoni-

nicos, *Hipp Maj.* 97. D. ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν, περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθμῶν. et *Hipp. Min.* 232. A. Καὶ περὶ τῶν τεχνῶν δὴ ὧν ἄρτι ἐγὼ ἔλεγον ἐπιστήμων ἀφικέσθαι διαφερόντως τῶν ἄλλων, καὶ περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων ὀρθότητος: in quibus imitandis, quamvis ipse Cicero l. I de Orat. III. 32. *musicam* invenerit, habent tamen illa Platonica aliquid dubitationis. In utroque enim loco tam arcte illae Harmoniae et Rhythmi cum syllabarum et vocabulorum doctrina cohaerent, ut Plato eam tantum Hippiae diligentiam significasse videatur, quae versaretur circa vocabulorum in oratione aptam, suavique pronuntioni accommodatam collocationem. Musicam tamen eum aliis tradidisse, tum ex ipsius Hippiae ratione sequitur, tum Plato diserte significat, in *Prot.* 196. H. ubi Protagoras aliorum Sophistarum consuetudinem carpens, sic ait: τὰς γὰρ τέχνας αὐτοὺς (sc. νέους) πεφευγότας, ἄκοντας πάλιν ἄγοντες ἐμβάλλουσιν εἰς τὰς τέχνας, λογισμούς τε καὶ ἀστρονομίαν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ μουσικὴν διδάσκοντες. (καὶ ἅμα εἰς τὸν Ἱππίαν ἀπέβλεψε.) Themistius etiam, Orat. XXIX. l. l. Platonis fere sententiam exprimens: ἐπιδεικνύμενος (inquit de Hippia) πολλοὺς λόγους καὶ παντοδαποὺς συγκειμένους, καὶ περὶ ῥυθμῶν, ἁρμονίας καὶ γραμμάτων ὀρθότητος, καὶ ἀστρονομίαν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ μουσικήν. κ. τ. λ. quae modo a nobis dicta confirmant.

Peculiare nihilominus est, quod habet Lucianus, in *Balneo*, Tom. III. p. 66. ed. Reitzii: ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τοῦ διακρίνειν ῥυ-

ῥυθμοὺς καὶ ἁρμονιάς ἐπιςαμένου,. ὁ καὶ ψάλλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος, quippe qui forte eundem Platonis locum ob oculos habuit, e quo Themistius ſua adumbravit. Lucianus enim de Hippia quodam aequali ſuo ſcribens, ibid. p. 68. ἐν δὴ τούτοις, inquit, καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς λόγοις μὲν παρ' ὅν τινα βούλει τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγυμνασμένου, καὶ συνεῖναί τε ὀξέως, καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφεςάτου, τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχομένου, καὶ τὴν τῆς τέχνης ὑπόσχεσιν ἀποπληροῦντος [οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ὑποσχέσεσιν, ἐν αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι ἠυτύχησαν, κατὰ δὲ τὸν γεωμετρικὸν λόγον, ἐπὶ τῆς δοθείσης, φασιν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς συνιςαμένου (1)] καί τοι τῶν γε ἄλλων ἕκαςος ἕν τι τῆς ἐπιςήμης ἔργον ἀποτεμόμενος, ἐν ἐκείνῳ εὐδομικήσας, εἶναί τις ὅμως ἔδο-

(1) Quae verba uncis incluſimus, aliquod habent difficultatis, adeo ut interpretibus crucem fixerint, quorum alii pro ὑποσχέσεσιν legunt ὑποθέσεσιν. Alii totum locum expungunt. Alii denique Lucianum Inſcitiae inſimulant, qui de hoc Geometrico problemate, tamquam difficiliori loquatur. — Doctiora quidem haec verba ſunt pro glosſematis ratione; aliquid tamen excidisſe putamus, non ſine codicibus ſupplendum. Verum etſi nunc quidem ſingulorum verborum vim non ſatis intelligimus, nihilominus ſententiam probabiliter nobis asſequi videmur, ſic interpretantes: *non ſatis agebat Hippias, ſi in istiusmodi argumentis conſiſteret, in quibus ſuperiorum diligentia verſabatur; ſed latius ſpectabat, aliorumque inventis ſibi ad majora viam muniebat, geometrarum inſtar, qui datae rectae lineae triangulum ſuperſtruunt.*

ἔδοξεν· ὁ δὲ μηχανικῶν τε ὧν τὰ πρῶτα καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἀρμονικῶν, καὶ μουσικῶν φαίνεται. καὶ ὅμως ἕκαςον τούτων οὕτως ἐντελῶς δείκνυσιν, ὡς ἓν αὐτὸ μόνον ἐπιςάμενος· τὴν μὲν γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀνακλάσεων, καὶ κατόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ καὶ ἀςρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπεφήνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἐπαινεῖν. Comparat igitur Lucianus hujus Hippiae rationem solidam cum illorum vanitate, qui de quavis arte tantum concinne copioseve loquebantur. Quum vero ambo Hippiae, Sophista et Luciani aequalis, ut nominis similitudine, ita studiorum genere conveniant, omni fere dubio caret, Lucianum de Hippia quoque Sophista cogitasse, et huic Sermocinatori suum aequalem opposuisse. Quod si verum est, illos ῥυθμοὺς καὶ ἀρμονίας de sola musica accepit. Sed ab hac quaestione discedimus, propterea quod, nostra quidem aetate non satis constat, tum quae fuerit veterum musica, tum quam late patuerit apud hos *musicae* vocabuli potestas et significatio; quantumcumque autem horum Hippiarum rationes habuerint similitudinis, mireris tamen Olearium, ad Philostrat. p. 495. et J. F. Reitzium, ad Lucian. l. l. p. 69. eos confudisse, quos vel illud Lucianeum Ἱππίου τοῦ καθ' ἡμᾶς prudentiores reddere debuisset, uti jam monuit Solanus, ad p. 66. Praeterea balnei a Luciano inspecti et descripti, luxus magnificentiâ, tempora produnt Hippia Sophista longe recentiora: viderat enim ibi Lucianus praeter alia exquisitiora artis monumenta, ὡρῶν διττὰς δηλώσεις, τὴν μὲν δι' ὕδατος καὶ μυκήματος, τὴν δὲ δι' ἡλίου ἐπιδεικνυμένην. Constat autem artificiosam temporis per aquam indicationem

Cte-

Ctesibii Alexandrini fuisse inventum. — Redeamus ad nostrum Hippiam.

Omni orationis genere tam soluto quam numeris adstricto utebatur. Vid. Plato, supra laudatus; denique aliquam quoque memoriae artem, vel adminiculum invenisse videtur, quod efficiatur e Socratis verbis, ita Hippiae blandienti, apud Plat. *Hipp. Min.* 232. A. Καί τοι τό γε μνημονικὸν ἐπελαθόμην σου (ὡς ἔοικε) τέχνημα, ἐν ᾧ σὺ οἴει λαμπρότατος εἶναι; nisi illud μνημονικὸν τέχνημα solam memoriae firmitatem ac fidelitatem significet. — His omnibus cum adjungeret Hippias non modo viliorum artium haud mediocrem cognitionem, sed historiarum quoque, mythologiarum, antiquitatum scientiam reique politicae peritiam, existebat inde ἐγκυκλοπαιδεία, quam si vel raptim obierit Hippias, plura tamen praestitit, quam ab uno homine perfici posse vulgo putatur.

§. 2.

De Hippiae scriptis.

Multa scripsit Hippias, teste Suida.

Praeter Tragoedias, Dithyrambos, et in alio genere poëmata, quae Hippiam Olympiae exhibuisse supra vidimus, quaeque significat Dio Chrysost. Orat. LXXI. de *Philosopho*, init. meminit Plato cujusdam ejus Orationis, *de studiis, quibus juvenem incumbere decet*, quam Lacedaemone habuerat, *Hipp. Maj.* 97. F. Καὶ ναὶ μα Δία, ὦ Σώκρατες, (verba sunt Hippiae) περί γε ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ ἔναγχος αὐτόθι εὐδοκίμησα διεξιὼν, ἃ χρὴ τὸν νέον ἐπιτηδεύ-

δεύειν. ἔςι γάρ μοι περὶ αὐτῶν πάγκαλος λόγος συγκείμενος, καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι. πρόσχημα δέ μοι ἐςὶ καὶ ἀρχὴ τοιάδε τις τοῦ λόγου. Ἐπειδὴ ἡ Τροία ἥλω, λέγει ὁ λόγος, ὅτι Νεοπτόλεμος Νέςορα ἔροιτο ποῖά ἐςι καλὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ ἄν τις ἐπιτηδεύσας, νέος ὢν εὐδοκιμώτατος γένοιτο. Μετὰ ταῦτα δὴ λέγων ἐςὶν ὁ Νέςωρ καὶ ὑποτιθέμενος αὐτῷ πάμπαλλα νόμιμα. Τοῦτον δὴ καὶ ἐκεῖ ἐπεδειξάμην, καὶ ἐνθάδε μέλλω ἐπιδεικνύναι εἰς τρίτην ἡμέραν, ἐν τῷ Φειδιςράτου διδασκαλείῳ. καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄξια ἀκοῆς. ἐδεήθη γάρ μου Εὔδικος ὁ Ἀπημάντου. De hac oratione ita ſcribit Philostratus, p. 495. ut incertum ſit, legeritne eam nec ne. ἔςι δὲ αὐτῷ καὶ Τρωικὸς διάλογος, οὐ λόγος. Ὁ Νέςωρ ἐν Τροίᾳ ἁλούσῃ ὑποτίθεται Νεοπτολέμῳ τοῦ Ἀχιλλέως, ἃ χρὴ ἐπιτηδεύοντ' ἄνδρ' ἀγαθὸν φαίνεσθαι. Apparent tamen in his verbis imitationis vestigia, adeo ut veroſimile etiam ſit, Philoſtratum et Titulum *ſermonis Troici*, et dialogicam orationis formam e Platonis loco effinxisſe.

Ὀλυμπιονίκων ἀναγραφὴν memorat Plutarchus, in Numa, p. 60. B. qui disputans de Numae et Pythagorae temporibus, τοὺς μὲν οὖν χρόνους, inquit, ἐξακριβῶσαι χαλεπόν ἐςι, καὶ μάλιςα τοὺς ἐκ τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἀναγομένους, ὧν τὴν ἀναγραφὴν ὀψὲ φασὶν Ἱππίαν ἐκδοῦναι τὸν Ἠλεῖον, ἀπ' οὐδενὸς ὁρμώμενον ἀναγκαίου πρὸς πίςιν. E quibus apparet, hunc catalogum Plutarchi aetate jam intercidisſe. Cf. Fabricius B. Gr. I. p. 818. qui Scholiastem etiam laudat, ad Theocritum Idyl. IV. ubi tamen Hippiae mentionem fruſtra quaeras.

Laudat quoque Hippiam Plut. in Lycurgo,

p. 54.

p. 54. B. αὐτὸν δὲ τὸν Λυκοῦργον Ἱππίας μὲν ὁ σοφιστὴς πολεμικώτατον φησὶ γενέσθαι, καὶ πολλῶν ἔμπειρον στρατιῶν. Inde Fabricius, B. Gr. l. l. efficit, scripsisse Hippiam λόγον εἰς Λυκοῦργον, quae conjectura si admittitur, probabile quidem est, hanc Lycurgi laudationem Lacedaemone declamatam fuisse. Vid. quae diximus § praecedenti.

Scholiastes ad Pindarum, Pyth. IV. 288. ἐκακώθη γὰρ (sc. ὁ Φρίξος) διὰ τὴν μητρυιὰν ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ, καὶ ἐπεβουλεύθη, ὥστε φεύγειν. ταύτην δὲ ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν Ὕμνοις Δημοδίκην φησὶν, Ἱππίας δὲ Γοργῶπιν, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι Νεφέλην, Φερεκύδης Θεμίστω. Nostrum Hippiam significari, dubio caret: quippe quem Mythologica tractasse, supra monuimus.

Idem Scholiastes, ad Pind. Nem. VII 53. quatuor urbes recenset, quae Ephyrae nomine insignitae fuerunt, in quibus τριτὴν δὲ περὶ Ἦλιν, ἧς Ἱππίας μνημονεύει. Videtur praeterea conscripsisse librum, in quibus virtutum quarumdam et vitiorum definitiones inveniebantur, cujusque infra fragmenta dabimus §. 3. Nam quin noster Hippias significetur a Stobaeo, non dubitamus. Solebant sane Sophistae virtutes et vitia accurate distinguere, etsi de illis magis Grammatice quam philosophice disputabant. Hujus generis erat Prodici solertia, de qua vidimus, hujus Sect. C. III. §. 4.

§. 3.

De Hippiae placitis.

Duos locos ex Hippiae scriptis servaverat Plutarchus, in deperdito libello *de calumnia*, quos ta-

tamen refert Stobaeus, Serm. XXXVIII. p. m. 224. Ἱππίας λέγει δύο εἶναι φθόνους, τὸν μὲν δίκαιον, ὅταν τις τοῖς κακοῖς φθονῇ τιμωμένοις, τὸν δὲ ἄδικον, ὅταν τοῖς ἀγαθοῖς· καὶ διπλῷ τῶν ἄλλων οἱ φθονεροὶ κακοῦνται· οὐ γὰρ μόνον τοῖς οἰκείοις κακοῖς ἄχθονται, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. Horum postrema quidem Aeschylo sublegisse videtur, apud quem, in Agamemnone, vs. 843. haec sunt:

Παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐςὶ συγγενὲς τόδε,
Φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἄνευ φθόνου σέβειν,
Δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος
Ἄχθος διπλοίζει τῷ πεπαμμένῳ νόσον·
Τοῖς δ' αὐτὸς αὐτοῦ πήμασιν βαρύνεται,
Καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν ςένει.

Cf. Isocr. Evag. C. 2.

Alter locus est apud eumdem Stobaeum, Serm. XL. p. 238. Ἱππίας φησὶν, ὅτι δεινόν ἐςιν ἡ διαβολία, οὕτως ὀνομάζων, ὅτι οὐδὲ τιμωρία τὶς κατ' αὐτῶν γέγραπται ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ τῶν κλεπτῶν· καὶ τοι ἄριςον ὂν κτῆμα τὴν φιλίαν κλέπτουσιν. ὥςε ἡ ὕβρις κακοῦργος οὖσα, δικαιοτέρα ἐςὶ τῆς διαβολῆς, διὰ τὸ μὴ ἀφανὴς εἶναι.

Vix a nobis impetrare possumus, quominus locum Xenophontis describamus, qui est in Mem. Socr. p. 804. B. — 808. C. Est enim in paucis classicus, e quo Hippiae ingenium cognoscatur. Verum quia ibi maximae sunt Socratis partes, et Hippias nil fere nisi hunc disputantem sequitur, ex illo sermone ea tantum excerpemus, quae ad rem praesentem spectare censemus. Itaque affirmat Hippias Socrati, multa se habere nova, quae de justitia disserere possit. Quem tibi Socrates beatum praedicavit, cum tam pul-

chro invento, petivitque ut ejus sibi copiam faciat, Hippias se id ante facturum negat, quam audiverit, quae Socratis sit *de justo* sententia. Tum Philosophus suam ipse vitam explicat: ostenditque se justa facientem exemplo probare, quid sit justum, et quid non sit; inde deferuntur in sermonem de legibus civitatis, quas Hippias ita definit: (p. 805. D.) *ἃ οἱ πολῖται, συνθέμενοι, ἅ τε δεῖ ποιεῖν καὶ ὧν ἀπέχεσθαι ἐγράψαντο.* Cumque Hippias objecisset, justum esse non posse quodcumque legibus civitatis constitutum esset, quia ipsi legum auctores eas saepius immutarent, facile haec objectio a Socrate refutatur. Itaque hic porro copiose et accurate disputat de legum observantia, bonoque quod inde ad cives redundat, rogatusque Hippias, num aliter de his rebus sentiat: *ἀλλὰ μὰ τὸν Δία*, inquit, *ὦ Σώκρατες, οὔ μοι δοκῶ τἀναντία γιγνώσκειν περὶ τοῦ δικαίου* (p. 807. A.) Et hoc quidem de scriptis legibus sermone absoluto, ultro Hippias fatetur, divinam esse legum non scriptarum originem; *ἐγὼ μὲν, ἔφη, θεοὺς οἶμαι τοὺς νόμους τούτους τοῖς ἀνθρώποις θεῖναι. καὶ γὰρ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται τοὺς θεοὺς σέβειν* (p. 807. B.) tum recensetur innata liberis pietas erga parentes; cum autem ventum est ad illam legem, *ne parentes cum liberis misceantur*, inficere Hippias hanc divinam esse negat, propterea quod multi mortales eam transgrediuntur. At paucis verbis a Socrate haec redarguuntur, os endente, quam certae poenae eum sequantur, qui contra naturam delinquat, adeo ut ipse Hippias sermoni finem ita imponat: *νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, θείοις ταῦτα πάντα ἔοικε· τὸ γὰρ τοὺς νόμους τοῖς παραβαίνουσι τὰς τιμωρίας ἔχειν,*

ἔχειν, βελτίονος, ἢ κατ' ἄνθρωπον νομοθέτου δοκεῖ μοι εἶναι· πότερον οὖν, inquit Socrates, ὦ Ἱππία, τοὺς θεοὺς ἡγῇ τὰ δίκαια νομοθετεῖν, ἢ ἄλλα τῶν δικαίων: οὐκ ἄλλα μὰ Δι' ἔφη. σχολῇ γὰρ ἂν ἄλλος γέ τις τὰ δίκαια νομοθετήσειεν, εἰ μὴ θέος. (p. 808. C.) Hic quidem nihil abſurdi protulit Hippias, nobisque Xenophon, qui huic ſermoni adſuerat, (804. B.) eo majore fide dignandus videtur, quod ne Hippiae quidem vanitatem omiſit, etſi humanius in eum animadvertat, quam Plato fecit, (vid. ſupra §. 1.) eoque conſilio putat Socratem cum Hippia ſermonem de juſtitia conſeruisſe, ut hunc justiorem redderet. Vid. 808. C.

De pulchro cum Socrate disputat Hippias apud Platonem, in *Hippia majore;* ſed ad illum ſermonem pertinere videntur, quae diximus ſupra, hujus Sectionis C. I. §. 5. Quo luculentius autem liqueat, quantopere ſibi indulſerit Plato in Sophista exagitando, capita disputationis recenſebimus, in qua quaeritur, quid ipſum ſit pulchrum. Hoc igitur Hippias ita definit, (pag. 98. B.) ἐςὶ παρθένος καλὴ, καλόν, qua definitione festive everſa per incognitum ſermonis participem, cujus perſonam Socrates agit, Hippias: ἐὰν γὰρ αὐτῷ ἀποκρίνῃ ὅτι τοῦτ' ἐςὶν ὃ ἐρωτᾷς τὸ καλὸν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρυσὸς, ἀπορήσει καὶ οὐκ ἐπιχειρήσει σὲ ἐλέγχειν. ἴσμεν γάρ που πάντες ὅτι ὅπου ἂν τοῦτο προσγένηται, κἂν πρότερον αἰσχρὸν φαίνηται, καλὸν φανεῖται, χρυσῷ γε κοσμηθέν. Fruſtra: ridicule enim a Socrate demonſtratur, pulchrum etiam esſe posſe, quod non ſit deauratum. Ad quae Hippias: ζητεῖν γάρ μοι δοκεῖς τοιοῦτόν τι τὸ καλὸν ἀποκρίνασθαι, ὃ μηδέποτε αἰσχρὸν μηδαμοῦ μη-

δενὶ φανεῖται. — Λέγω τοίνυν, ἀεὶ καὶ παντὶ καὶ πανταχοῦ κάλλιςον εἶναι ἀνδρὶ πλουτοῦντι, ὑγιαίνοντι τιμωμένῳ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἀφικομένῳ εἰς γῆρας, τοὺς αὑτοῦ γονέας τελευτήσαντας καλῶς περιςείλαντι, ὑπὸ τῶν αὑτοῦ ἐκγόνων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι. (p. 100. A.) denique una Socrates cum Hippia sequentium definitionum periculum faciunt.

Δοκεῖ τὸ πρέπον καλὸν εἶναι. p. 101. A.

Τὸ ὠφέλιμον ἔοικεν εἶναι τὸ καλόν. p. 102. C.

Socrates ad Hipp. ὅρα γὰρ εἰ ὃ ἂν χαίρειν ἡμᾶς ποιῇ (μή τι πάσας τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ὃ ἂν διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὄψεως) τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν. πῶς τὶ ἄρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα; οἵ τε γέ που καλοὶ ἄνθρωποι, ὦ Ἱππία, καὶ τὰ ποικίλματα πάντα, καὶ τὰ ζωγραφήματα, καὶ τὰ πλάσματα, τέρπει ἡμᾶς ὁρῶντας, ἃ ἂν καλὰ ᾖ. καὶ οἱ φθόγγοι οἱ καλοὶ, καὶ ἡ μουσικὴ ξύμπασα, καὶ οἱ λόγοι, καὶ αἱ μυθολογίαι ταὐτὸν τοῦτο ἐργάζονται, ὥς' εἰ ἀποκριναίμεθα τῷ θρασεῖ ἐκείνῳ ἀνθρώπῳ. (significatur incognitus ille, cujus partes sustinet Socrates) ὅτι, Ὦ γενναῖε, τὸ καλόν ἐςὶ τὸ δι' ἀκοῆς τε καὶ δι' ὄψεως ἡδὺ, οὐκ ἂν (οἴει) αὐτὸν τοῦ θράσους ἐπίσχοιμεν; respondet Hippias: ἔμοιγε οὖν δοκεῖ νῦν, ὦ Σώκρατες, εὖ λέγεσθαι τὸ καλὸν ὃ ἐςιν. 102. F. G.)

Τὸ καλὸν ἐςὶ ἡδονὴ ὠφέλιμος (105. D.)

Has omnes definitiones Socrates vel serio, vel lepide ita oppugnat, ut Sophistam in omnes partes verset, neque vertigine quasi titubanti consistendi locum relinquat, donec ille hujus morae impatiens, postremam definitionem cum indignatione proferens, in haec verba erumpit: ἀλλὰ δή γ', ὦ Σώκρατες, τί οἴει ταῦτα εἶναι ξύμπαντα; κνίσματά τοι ἐςὶ καὶ περιτμήματα τῶν λόγων

γων (ὅπερ ἄρτι ἔλεγον) κατὰ βραχὺ διῃρημένα. ἀλλ' ἐκεῖνο καὶ καλὸν καὶ πολλοῦ ἄξιον, οἷόν τ' εἶναι, εὖ καὶ καλῶς λόγον καταστησάμενον ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἐν βουλευτηρίῳ, ἢ ἐπ' ἄλλῃ τινὶ ἀρχῇ πρὸς ἣν ἂν ὁ λόγος ᾖ, πείσαντα, οἴχεσθαι φέροντα οὐ τὰ σμικρότατα, ἀλλὰ τὰ μέγιστα τῶν ἄθλων, σωτηρίαν αὑτοῦ τε καὶ τῶν αὑτοῦ χρημάτων καὶ φίλων. τούτων οὖν χρὴ ἀντέχεσθαι, χαίρειν ἐάσαντα τὰς σμικρολογίας ταύτας. ἵνα μὴ δοκῇς λίαν ἀνόητος εἶναι, λήρους καὶ φλυαρίας, ὥσπερ νῦν, μεταχειριζόμενος. Quibus dictis finem disputandi Socrates facit, subobscure significans, ridiculum esse, qui de pulchra vivendi ratione disserere pulchrasque orationes habere velit, neque tamen quid ipsum pulchrum sit, rite definire sciat.

Est hujus quidem dialogi exitus Socrate et Platone dignus, quippe subtile artificium ad pungendos Sophistas. Postquam enim per multas errorum ambages se circumduci passus est Hippias, tandem ad Rhetoricam confugit, tamquam in munitissimum castellum, a quo omnes adversarii impetus propellat. Sed idem hoc Platonis artificium documento est, quam levis sit hujus dialogi auctoritas ad cognoscendam Hippiae de pulchro, aliisque locis quae ibi tractantur, sententiam. Etenim de his pulchri definitionibus Sophista fortasse ne per somnium quidem cogitavit; verum perstrinxit Plato illam hominum eorum rationem, qua omnia ad Rhetoricam referebant, atque huic universas artes disciplinasque subjicientes, nullaque certa definitione praemissa temere disputantes, saepius quadrata rotundis miscebant.

Idem fere dici potest de Platonis *Hippia mino-*

nore, in quo sermonis habiti inter Socratem et Hippiam haec summa est: Multum disputaverat Hippias de Homero, sicut significatur in dialogi exordio; qui quum loquendi finem fecisset, agitatur a Socrate quaestio, uter melior fuerit, Ulysses an Achilles. Dissentientibus autem Hippia et Socrate, hic callide disputationem eo convertit, ut anquiratur de mendacio: nimirum subtilissima ratione Socrates adversarium eo ducit ut confiteri cogatur, eos qui sponte mentiantur, meliores esse quam qui non sponte. Ita tamen hic: (p. 233. C.) *καὶ πῶς ἂν, ὦ Σώκρατες, οἱ ἑκόντες ἀδικοῦντες, καὶ ἑκόντες ἐπιβουλεύσαντες, καὶ κακὰ ἐργασάμενοι, βελτίους ἂν εἶεν τῶν ἀκόντων; οἷς πολλὴ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικήσῃ, ἢ ψεύσηται, ἢ ἄλλό τι κακὸν ποιήσῃ. καὶ οἱ νόμοι δή που πολὺ χαλεπώτεροί εἰσι τοῖς ἑκοῦσι κακὰ ἐργαζομένοις, καὶ ψευδομένοις, ἢ τοῖς ἄκουσιν.* His Socrates ita obversatur, ut Sophistam captiosis ratiunculis dicipiat, sermoneque absoluto res in medio relinquatur. Itaque ne ex hoc quidem dialogo aliud quicquam efficias, nisi solitum fuisse Hippiam de poëtarum locis quaedam disserere, indeque occasionem capere de virtutibus vitiisque *ἐπιδεικτικῶς* disputandi.

§. 4.

De Hippiae dicendi docendique modo.

De Hippiae dicendi docendique ratione, quo minus multa disputemus, facit ejus similitudo cum priorum Sophistarum consuetudine.

In eo autem cum Prodico conveniebat, quod Rhe-

Rhetoricam putabat non paucis neque multis, sed mediocribus verbis egere. Vid. Plat. *Phaedr.* p. 353. D. et nos, in vita Prodici. Porro supra jam vidimus e Platone, *Hipp. Maj.* p. 97. D. calluisse eum literarum syllabarumque distinctiones, rhythmorum harmoniarumque naturas: neque praetereundum est Philostrati de eo testimonium, qui, p. 496. ἑρμηνεύε, inquit, δὲ οὐκ ἐλλιπῶς, ἀλλὰ περιττῶς, καὶ κατὰ φύσιν, ἐς ὀλίγα καταφεύγων τῶν ἐκ ποιητικῆς ὀνόματα. Defervescebat igitur jam Hippiae temporibus ille tumor aestusque magniloquentiae, quibus videbat Isocrates τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων πεφυρμένην a Gorgia et Protagora (1). Est tamen quaedam ejus oratio, qua Plato eum utentem facit, ab illa simplicitate remota, et pro consueta confabulationis ratione, metaphoris turgidior. Cujus quidem magniloquentiae tametsi partem Platonicae festivitati adscribere liceat, quodammodo tamen eam Hippiae morem adumbrare censemus. Itaque disputantibus Socrate et Protagora, cum hic ad incitas compulsus, disputationem recusaret, et res ad altercationem spectare coepisset, Prodicusque insulse quaedam dixisset, Hippias pacem conciliaturus: Ὦ ἄνδρες, ἔφη, οἱ παρόντες, ἡγοῦμαι ἐγὼ ὑμᾶς, συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους καὶ πολίτας ἅπαντας εἶναι, φύσει οὐ νόμῳ. τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ, φύσει συγγενές ἐστι. ὁ δὲ νόμος, τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων, πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται. ἡμᾶς οὖν αἰσχρὸν τὴν μὲν φύσιν τῶν πραγμάτων εἰδέναι, σοφωτάτους δὲ ὄντας τῶν Ἑλλήνων, καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο νῦν συνεληλύθοτας τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐ-

(1) Verba sunt Dionysii Hal. p. 94. vs. 21.

αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας, καὶ αὐτῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε, μηδὲν τούτου τοῦ ἀξιώματος ἄξιον ἀποφήνασθαι. ἀλλ' ὥσπερ τοὺς φαυλοτάτους τῶν ἀνθρώπων διαφέρεσθαι ἀλλήλοις. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ συμβουλεύω, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, συμβῆναι ὑμᾶς, ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ὑμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον. Καὶ μή σε τὸ ἀκριβὲς τοῦτο εἶδος τῶν διαλόγων ζητεῖν τὸ κατὰ βραχὺ λίαν, εἰ μὴ ἡδὺ Πρωταγόρᾳ. ἀλλ' ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις, ἵνα μεγαλοπρεπέστεροι καὶ εὐσχημονέστεροι ἡμῖν φαίνωνται, μητ' αὖ Πρωταγόραν πάντα κάλων ἐκτείναντα, οὐρίᾳ ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὰ πέλαγος τῶν λόγων, ἀκοκρύψαντα γῆν. ἀλλὰ μέσον τι ἀμφοτέρους τεμεῖν. ὡς οὖν ποιήσετε, καὶ πείθεσθέ μοι, ῥαβδοῦχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρύτανιν ἑλέσθαι, ὃς ὑμῖν φυλάξει τὸ μέτριον μῆκος τῶν λόγων ἑκατέρου. (Prot. p. 204. E. F.)

CAPUT

CAPUT VI.

THRASYMACHUS.

§. I.

De Thrasymachi scriptis et dicendi genere.

De Thrasymacho priusquam dicamus, refutandum videtur Philostrati de eo testimonium, qui in Soph. vitis, p. 497. *οἱ δὲ*, inquit, *καὶ Θρασύμαχον, τὸν Χαλκηδόνιον ἐν σοφισαῖς γράφοντες, δοκοῦσί μοι παρακούειν Πλάτωνος, ταυτὸν εἶναι φάσκοντος λέοντα ξυρεῖν, καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον. δικογραφίαν γὰρ αὐτῷ προφέροντός ἐςι δή που ταῦτα, καὶ τὸ ἐν δικαςηρίοις συκοφαντοῦντα τρίβεσθαι.* Quae argumentatio eo speciosior est, quod plerumque a veteribus ejus tantum rhetorica inventa et dicendi genus memorantur: adeo ut merito dubites, fueritne Sophista an rhetor. Ex ipsis autem Philostrati verbis patet, fuisse jam antiquitus, qui Thrasymachum Sophistam appellarent, et poterat quidem in judiciis versari, neque tamen abhorrere ab epidictica Sophistarum ratione. Gravius multo est Ciceronis testimonium, qui Thrasymachum cum aliis Sophistis jungere solet, et de Orat. II. 32. disertis verbis docet, eum quoque de natura rerum et disseruisse et scripsisse. Denique, quantacumque fuerit Platonis obtrectandi cupiditas, vix credere fas est hunc Socra-

tem cum Thrasymacho de philosophico argumento colloquentem fuisse facturum, nisi hujus viri tulisset consuetudo, ut talia argumenta tractaret.

Thrasymachi aetas accurate definiri nequit. Dion. Hal. de Lysia, p. 83. *καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου (Θρασυμάχου) προέχειν ἔμοι γε δοκεῖ. λέγω δ' ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν. και εἰ μὴ τοῦτο δοθείη. κ. τ. λ.* Videtur igitur jam Dionysii aetate haec res incerta fuisse. Inciderunt autem Lysiae natales in Ol. LXXX. annum 2. Vid. Tayl. in Lysiae vita. Quodsi ponamus, Thrasymachum paulo juniorem fuisse Lysia, floruit tamen eo tempore, quo Socratis aetas ad senectutem vergebat: unde sequitur, vehementer errare Suidam, in V. *Θρασύμαχος* et Eudoc. ap. Vill Anecd. p. 231. scribentes, Thrasymachum fuisse discipulum Platonis et Isocratis, et falsum esse Harlesium, qui Fabricii annotationem literariam de Thrasymacho, Lib. IV. c. 34. his verbis auxit: „ qui „ ultimus locus (Cic. Orat. c. 52.) notatu dig„ nus est, ex quo etiam patet, eum ante So„ cratem vixisse." Scilicet Cicero haec habet: „ horum (Gorgiae et Thrasymachi) uterque Iso„ cratem aetate praecurrit: ut eos ille modera„ tione non inventione vicerit." Verosimilius multo est, eum Gorgiam audivisse.

Oriundus erat Chalcedone urbe Bithyniae, quod tum Suidas et Eudocia diserte docent, tum patet ex cognomine Chalcedonio, quod illi vulgo tribuitur (1). Athenis vixit, quo tunc om-

(1) Vid. Olear. ad Phil. l. l. Petav. ad Syn. Dionem. p. 57. D.

tes confluebant, qui aliquam Rhetoricae operam dabant; ignoratur tamen, quae viri fuerint fata et res gestae, quamquam in patriam rediisse, ibique mortuus esse putandus sit, ex Epigrammate Chalcedone ejus tumulo inscripto, quod Athen. Lib. X. p. 454. F. ex Neoptolemo Pariano sic refert:

Τ' οὔνομα θῆτα, ῥῶ, ἄλφα, σὰν, ὖ, μῦ, ἄλφα, χι, οὖ, σαν,
Πατρὶς Χαλκηδὼν, ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

sed hae quidem ineptiae multo posteriorem aetatem olent, et fortasse isti ipsi Neoptolemo debentur.

Fuit Thrasymachus asperis moribus et petulanti indole: verum quod, teste Aristotele, Rhet. II. c. 23. Conon dicebat: Θρασύμαχος, αἰεὶ θρασύμαχος εἶ; et quae de ejus in Socratem convicio habent Themistius, Orat. XX. p. 252. et Or. XXVI. p. 328., et Arrian. Dissert. Epict. IV. c. 5. haec fluxisse videntur e Platone, *de Rep.* Lib. I. p. 413. D. et p. 415. C. ubi Socratem Thrasymachus sycophantam appellat: p. 419. E. ubi Socrates affirmat, se tum primum vidisse Thrasymachum erubescentem; Lib. II. p. 421. ubi dicitur Thrasymachus tamquam serpens a Socrate delinitus esse. Acerbius sane ingenium indicat, quod de illo refert Aristoteles, Rhet. III. c. 11. Thrasymachus enim, cum videret Niceratum rhapsodum, squalidum et promissis capillis, a Pratye victum, dicebat se videre Philoctetem a Pratye confossum.

A plerisque hujus temporis rhetoribus in eo differebat, quod eloquentiam forensem exerceret, et in judiciis versaretur. Sed in hac quoque re fluctuant veterum testimonia. Dionysius enim Hal. p. 111. πᾶς δ' ἐστὶν, inquit, ἐν τοῖς τεχνο-

χνογραφικοῖς καὶ ἐπιδεικτικοῖς. δικανικοὺς δὲ ἢ συμβουλευτικοὺς οὐκ ἀπολέλοιπε λόγους: quibuscum tamen digna sunt quae conferantur ejusdem Dionysii verba, loco supra laud. p. 83. *μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστὴν, ἧς Θεόφρασος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύμαχον. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Λυσίαν. καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἔμοιγε δοκεῖ. λέγω δ' ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν. καὶ εἰ μὴ τοῦτο δοθείη, τῷ γέ τοι περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρίφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιοῦμαί γε ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρόν· ἀλλ' ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαῤῥῶν ἂν ἀποφηναίμην. τίς δ' ἐςὶν ἣν φημι ἀρετήν; ἡ συςρέφουσα τὰ νοήματα καὶ ςρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις, οἰκεία πάνυ καὶ ἀναγκαία τοῖς δικανικοῖς λόγοις, καὶ παντὶ ἀληθεῖ ἀγῶνι.* In his autem ut sibi ipse repugnat Dionysius, ita non videtur recordatus esse Orationis Thrasymachi, cujus fragmentum servavit, quaeque minime ex epidictico genere fuisse videtur. Neque etiam omnino negligenda est Philostrati observatio supra commemorata: *δικογραφίαν γὰρ αὐτῷ προφέροντός ἐςι δή που ταῦτα, καὶ τὸ ἐν δικαςηρίοις συκοφαντοῦντα τρίβεσθαι*, quo pertinet imprimis classicus de eo locus apud Platonem. *Phaedr.* p. 353. D. *τῶν γε μὲν οἰκτραγόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι, τέχνῃ μοὶ φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένους. ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν, ὡς ἔφη. διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσασθαι διαβολὰς ὅθεν δὴ κράτιςος*

Egregie de arte Rhetorica meruit, eamque suis

suis inventis amplificavit, de quibus et quaedam habent Veteres Grammatici, et omnium optime, ut videtur, disputat Cicero, qui ejus dicendi genus sic describit. Orat. c. 52. „ Nam qui Iso-
„ cratem maxime mirantur, hoc in ejus summis
„ laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros
„ primus adjunxerit. (1) Cum enim videret,
„ Oratores cum severitate audiri, poëtas autem
„ cum voluptate: tum dicitur numeros secutus,
„ quibus etiam in Oratione uteremur cum jucun-
„ ditatis causa, tum ut varietas occurreret satie-
„ tati. Nam neminem in eo genere scien ius
„ versatum Isocrate, confitendum est, sed prin-
„ ceps inveniendi fuit Thrasymachus; cujus om-
„ nia nimis etiam exstant scripta numerose." et
„ Ibid. c. 12. „ Datur etiam venia concinnitati
„ sententiarum: et arguti, certique, et circum-
„ scripti verborum ambitus conceduntur: de in-
„ dustriaque, non ex insidiis, sed aperte ac pa-
„ lam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa
„ et paria respondeant, ut crebro conferantur
„ pugnantia, comparenturque contraria: et ut
„ pariter extrema terminentur, eundemque refe-
„ rant in cadendo sonum: quae in veritate cau-
„ sarum et rarius multo facimus, et certe occul-
„ tius. In Panathenaico autem Isocrates ea stu-
„ diose consecutum fatetur: non enim ad judi-
„ ciorum certamen, sed ad voluptatem aurium
„ scri-

(1) Thrasymachus paeana in Orationem primus invexit, teste Arist. Rhet. III. c. 7. Caeterum de numeris scripsisse Thrasymachum, affirmat quoque, sed secundum Ciceronem, ut videtur, Rufinus, *de Compos. et metris Orat.* in Gramm. Pithoei, p. 318.

„ scripserat. Haec tractasse Thrasymachum Chal„ cedonium primum et Leontinum Gorgiam fe„ runt." etc. Quamvis autem ejus loquendi modus cum Gorgiae modo jungi ac componi soleat, hunc tamen superasse videtur: cum enim essent duae dictiones, altera ἐξηλλαγμένη καὶ περιττὴ καὶ ἐγκατάσκευος, καὶ τοῖς ἐπιθέτοις κόσμοις ἅπασι συμπεπληρωμένη: altera λιτὴ καὶ ἀφελὴς καὶ δοκοῦσα κατασκευήν τε καὶ ἰσχὺν τὴν πρὸς ἰδιώτην ἔχειν λόγον καὶ ὁμοιότητα: Thrasymachus medium genus effinxit ex duobus illis generibus mixtum, μικτή τε καὶ σύνθετος ἐκ τούτων τῶν δυεῖν, ἣν ὁ μὲν πρῶτος ἁρμοσάμενος καὶ καταστήσας εἰς τὸν νῦν ὑπάρχοντα κόσμον, εἴτε Θρασύμαχος ὁ Χαλκηδόνιος ἦν, ὡς οἴεται Θεόφραστος, εἴτε ἄλλος τις, οὐκ ἔχω λέγειν. — Tum quam Plato ei tribuit facultatem, loco supra laudato, haec ejusmodi est, quae maxima Oratoris virtus haberi soleat.

Scripsit λόγους τέχναγραφικοὺς, ἐπιδεικτικοὺς, δικανικοὺς, συμβουλευτικοὺς, ut jam supra vidimus, ex Philostrato et Dionysio. His Suidas et Eudocia addunt

τέχνην ῥητορικήν· παίγνια· ἀφορμὰς ῥητορικάς.

Scripsit et disseruit *de natura rerum*. Cic. l. l.

Orationem ὑπὲρ Λαρισσαίων: in qua haec occurrebant verba: Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν, Ἕλληνες ὄντες, βαρβάρῳ: suffuratus autem erat haec ex Euripidis Telepho. Vid. Clem. Al. Strom. VI. p. 624. et Valck. Diatr. in Eur. fragm. p. 211. qui in Thrasymachi fragmento pro δουλεύσομεν legendum suadet δουλεύσωμεν.

Laudantur ejus Ὑπερβάλλοντες a Plutarcho, Symp. I, p. 616 C. Opportunitas autem hujus libri citandi haec est: disputatur de quaestione, an

in ille qui convivio excipit, convivas ipse collocare debeat, ubi unus convivarum: *οὐ γὰρ εἰς ἀγῶνα καθείκασιν*, inquit, *ἀλλ' ἐπὶ δεῖπνον ἥκουσιν. ἀλλ' οὐδ' εὐχερὴς ἡ διακρίσις ἐςὶ· τῶν μὲν ἡλικίᾳ, τῶν δὲ οἰκειότητι διαφερόντων· ἀλλὰ δεῖ, καθάπερ ὑποθέσιν μελετῶντα συγκριτὴν, τοὺς Ἀριςοτέλους τόπους ἢ τοὺς Θρασυμάχου ὑπερβάλλοντας ἔχειν προχείρους.* Ex hoc joco colligimus, in illo libello de argumentorum vi et momento Thrasymachum egisse, eaque ita inter se comparavisse, ut ostenderet, quo ordine essent redigenda, ut validora continuo post minus firma sequerentur. (1) Forte tamen hoc opusculum non separatim scriptum fuit, sed pars fuit *τῶν ἀφορμῶν ῥητορικῶν*.

Ejus quoque excitantur *ἐλέοι* ab Aristole, Rhet. III. c. 1. Loquitur ibi philosophus de dicendi arte, cujus cum magna sit vis in quavis arte tradenda, tum phantasia et actio Oratoris imbecillicitati auditoris occurrunt: *ἐκείνη μὲν οὖν ὅταν ἔλθῃ* (videlicet phantasia) *ταὐτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ· ἐγκεχειρήκασι δὲ ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινὲς, οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς ἐλέοις· καὶ ἔςὶ φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι, καὶ ἀτεχνότερον*: unde patet hunc librum fuisse de gestibus et omni actione, quibus Orator auditorum animos iracundia inflammare aut ad misericordiam commovere posset. Huc facit locus, quem supra attulimus, e Platonis *Phaedro*, p. 355. D.

Denique fragmentum ejus *δημηγορικοῦ λόγου* ser-

(1) Haec quoque Cel. Wyttenbachii sententia fuisse videtur, qui in versione hujus loci haec addit: *quibus de excellentia continentur argumenta.*

servavit Dion. H. de Demosth. p. 165, quod hujusmodi est:

Ἐβουλόμην μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, μετασχεῖν ἐκείνου τοῦ χρόνου τοῦ παλαιοῦ καὶ τῶν πραγμάτων, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη τοῖς νεωτέροις, τῶν τε πραγμάτων οὐκ ἀναγκαζόντων ἀγορεύειν, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ὀρθῶς τὴν πόλιν ἐπιτροπευόντων. καὶ ἐπειδὴ εἰς τοσοῦτον (1) ἡμᾶς ἀνέθετο χρόνον ὁ δαίμων, ὥςε (2) . . . . . . τῆς πόλεως ἀκούειν· τὰς δὲ συμφορὰς . . . . . αὐτοὺς καὶ τούτων τὰ μέγιςα μὴ θεῶν ἔργα εἶναι, μηδὲ τῆς τύχης, ἀλλὰ τῶν ἐπιμεληθέντων, ἀνάγκη δὲ λέγειν (3). ἢ γὰρ ἀναίσθητος, ἢ καρτερώτατός ἐςιν, ὅςις ἐξαμαρτάνειν ἑαυτὸν ἔτι παρέξει τοῖς βουλομένοις, καὶ τῆς ἑτέρων ἐπιβουλῆς τε καὶ κακίας αὐτὸς ὑποσχήσει τὰς αἰτίας· ἅλις γὰρ ἡμῖν ὁ παρελθὼν χρόνος. καὶ ἀντὶ μὲν εἰρήνης, ἐν πολέμῳ γενέσθαι, καὶ διὰ κινδύνων, εἰς τόνδε τὸν χρόνον τὴν μὲν παρελθοῦσαν ἡμέραν ἀγαπῶσι, τὴν δ' ἐπιοῦσαν δεδίοσιν (4) ἀντὶ ὁ ὁμο-

(1) Sylb. legit τοιοῦτον.

(2) Reiskius hanc lacunam sic probabiliter explet: ὥςε τὴν μεν προτέραν τῆς πόλεως εὐδαιμονίαν παρ' ἄλλων ἀκούειν, τὰς δὲ συμφορὰς αὐτοὺς ἐπιδεῖν, καὶ τούτων τὰς μεγίςας μὴ θεῶν, κ. τ. λ.

(3) Multa hic movet Reiskius, quo scilicet hiantem sententiam expleat. Sed vide an omnia integra sint, modo pro δὲ legas δή.

(4) Frustra Sylburgius corrigit δεδίασιν: sunt enim δεδίοσιν et ἀγαπῶσι dat. plur. participiorum; sed a Reiskio quoque in hoc loco interpretando dissentiam. Sic enim vertendum censeo. „ Sufficiunt „ nobis tempora praeterita (jam satis in illis inju- „ riarum perpessi sumus): sufficit nobis propter „ pericula praeterito die contentis, futurumque ti- „ men-

δ' ὁμονοίας, εἰς ἔχθραν καὶ ταραχὰς πρὸς ἀλλήλους ἀφίκεσθαι. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν ἐσωφρονοῦμεν. ἐν δὲ τοῖς κακοῖς ἡμάνη μὲν ὃς τοὺς ἄλλους σωφρονίζειν εἴωθεν (1), τί δῆτα μέλλοι τις ἂν γιγνώσκειν εἰπεῖν, ὅτῳ γε λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς παροῦσι καὶ νομίζειν εἴωθεν. (2) τί δῆτα ἔχειν (3) τοιοῦτον, ὡς μηδὲν ἔτι τοιοῦτον ἔσαι; πρῶτον μὲν οὖν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους καὶ τῶν ῥητόρων καὶ τῶν ἄλλων ἀποδείξω γε, προλέγων (4) πεπονθότας πρὸς

„ mentibus, quod pro pace in bellis versamur, pro „ concordia ad inimicitias ac tumultus inter nos „ descendimus.

(1) Quod hic quoque mancum est, Reiskius duplici ratione instaurat: e quibus una tantum admittenda videtur: καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν ἐκμαίνει. ἡμεῖς δ' ἐν αὐτοῖς ἐσωφρονοῦμεν· ἐν δὲ τοῖς κακοῖς ἐμάνημεν, ἃ καὶ τοὺς ἄλλους σωφρονίζειν εἴωθεν.

(2) Reisk. pro εἴωθεν legit πέπρακε. quod non probem. Forte legendum: τί δῆτα μέλλοι τις ἂν γιγνώσκειν ἢ εἰπεῖν, ὅστις γε λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς παροῦσι καὶ αὐτὰ δεινὰ νομίζειν εἴωθεν.

(3) Reiskius pro ἔχειν vult ἐρεῖν. quod non necessarium videtur, modo post ἔχειν ex praecedentibus subaudias εἰπεῖν.

(4) Reisk. se illud γε προλέγων intelligire negat, quod miramur. Totam enim sententiam, quam ille paulo obscurius reddidit, sic interpretamur: „ et „ primum quidem indicabo vobis, quinam Rhe„ torum caeterorumque hominum inter se digla„ dientur, praefatus (antea tamen monebo), illos „ taliter erga se invicem animo affectos esse, qua„ liter affecti esse solent, qui sine ratione inter se „ contendunt." Illud προλέγειν idem est quod Isocraticum προδιαλεχθῆναι vid Panath. c. 3. et καὶ ἀντιδ. in qua oratione multa praefatur, et c. 7. ἃ μὲν

πρὸς ἀλλήλους ὅπερ ἀνάγκη τοὺς ἄνευ γνώμης φιλονεικοῦντας πάσχειν· οἰόμενοι γὰρ ἐναντία λέγειν ἀλλήλοις, οὐκ αἰσθάνονται τὰ αὐτὰ πράττειν (1) πράττοντες, οὐδὲ τὸν τῶν ἑτέρων λόγον ἐν τῷ ἑτέρῳ (2) λόγῳ ἐνόντα. σκέψασθε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἃ ζητοῦσιν ἑκάτεροι. πρῶτον μὲν, ἡ πάτριος πολιτεία ταραχὴν αὐτοῖς παρέχει, ῥάϛη γνωσθῆναι, καὶ κοινοτάτη τοῖς πολίταις οὖσα πᾶσιν. ὁπόσα μὲν οὖν ἐκείνων τῆς ἡμετέρας γνώμης ἐϛιν ἀκούειν, ἀνάγκη λέγειν τῶν παλαιοτέρων· ὁπόσα δ᾽ αὐτοὶ ἐπεῖδον οἱ πρεσβύτεροι, ταῦτα δὲ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθάνεσθαι (3).

Hoc corruptissimum fragmentum ita in Latinum sermonem convertit Reiskius: „ Vellem, „ Athenienses, in antiqua illa tempora et causas incidissem, cum junioribus tacere satis „ erat, ipsis caussis ad dicendum non compellentibus, ipsisque senibus remp. probe administrantibus. Verum, cum jam, nescio quo fato, „ in

μὲν οὖν, inquit, ἀναγκαῖον ἦν προειπεῖν, ταῦτά ἐϛιν. Et fuit haec rhetorum consuetudo, ut in exordiis orationum aliqud praemonerent.

(1) Illud πράττειν dilendum est, ex sententia Reiskii.

(2) Reiskius ἑτέρῳ mutat in ἑαυτῷ; mea quidem sententia, male: centies enim ἕτερος duplicatur, ut Latinorum *alter*.

(3) Haec Reiskius ita restituit, ut rem acu tetigisse videatur: legit: ὁπόσα μὲν οὖν ἐπέκεινα τῆς ἡμετέρας γνώμης ἐϛὶν, ἀκούειν ἀνάγκη λεγόντων τῶν παλαιοτέρων. ὁπόσα δ᾽ οὐδ᾽ αὐτοὶ ἐπεῖδον κ. τ. λ. ut sententia sit: „ quaecumque ultra nostram cognitionem „ sunt, ea necesse est audire e grandioribus natu; „ quae autem ne seniores quidem ipsi viderunt, „ cum gererentur, ea necesse est discere ab illis, „ qui traditione cognita habent."

„ In haec tempora incidimus, ut . . . . . . civitatis attendere: damna autem . . . . . . eos et horum praecipua, non esse Deorum opera; nec fortunae sed ipsorum rectorum, necessario dicendum est. Nam profecto vel stupidus vel patientissimus est, qui se ipsum offerat iis, cum damno afficere gestiunt, et ita aliorum perfidiae malitiaeque occasionem praebeat. Praeterita enim tempora satis id nobis ostendunt, qui et in hoc usque tempus per pericula praeteritos dies amemus, futuros metuamus: satis, inquam, ostendunt, cum pro pace bellum, pro concordia mutua dissidia inter nos habeamus. Et alios quidem abundantia bonorum saepe docuimus: at is in malis insanire visus est, qui alios sapientiores reddere solet. Quid scilicet quis commemorare queat, quo et ipse dolere, et quod quasi amplectendum aliis statuere consuevit? Quid vero consequetur hujusmodi, quod non amplius tale futurum est? Primum quidem digladiari inter se oratores et alios demonstrabo, dicamque, id sibi mutuo illos fecisse, quod qui sine ratione contendunt facere aequum esset. Rati enim, sibi mutuo contraria dicere, non intelligunt, se eadem omnio agere, et alterius verba in alterius convenire. Attendite quaeso ab initio, quod utrique intendunt. Primum quidem ipsa reip. constitutio dissensionis illis causa est, quae tamen cognitu facilis est, et omnibus civibus communis. Quaecumque igitur ex iis rebus, quae nostri instituti essent, licuit audire, seniores ipsi dicant: quae vero sciunt seniores, haec ab iis, cum sciant, investigemus." . . . .

 Et

Et haec quidem μεσότης τῆς λέξεως a Platone et Isocrate, et prae caeteris a Demosthene exculta est, videturque profecto Thrasymachi quidam fuisse orationis vigor ac virilitas, quibus caeteros Sophistas ac rhetores antecellebat.

Hucusque de Thrasymacho oratore vel rhetore. Diserte quidem Cicero, uti supra vidimus, testatur, eum de natura rerum scripsisse. Hoc tamen nullo alio, quantum nos invenimus, testimonio, firmatur, adeo ut fieri possit, Ciceroni ante animum obversatos esse Platonis duos priores libros de Republica, in quibus quaedam philosophice cum Socrate disputat Thrasymachus. Et fortasse hujus opera forensis Philostrateae criminationi, de qua verbo monuimus, ansam praebuit. Minus sane ejus temporis oratores conabantur aliis sua eloquentia prodesse, quam suum in dicendo artificium et calliditatem ostentare. Inde sequi poterat, ut de jure et justitia pronuntiarent, prout requirebat causa quam agebant. Et revera omnis ejus cum Socrate habitus sermo est de *justitia*; quem propterea tantum non excerpimus aut in latinam linguam convertimus, quod praestare putamus, integros locos Graecos excitari, quoties verosimile est, Sophistarum in illis loquendi modum imitando expressum, aut adumbratum esse.

§ 2.

Thrasymachi placitum de justo *et* injusto.

Affirmat Thrasymachus, apud Plat. *de Rep.* I. p. 414. D. Justum nihil aliud esse quam quod potentiori utile sit. — Paulo post ita fere loquitur:

» Cὺ

„ civitatum aliae a tyrannis, aliae a populo, aliae „ ab optimatibus gubernantur. In civitate autem „ illud plus valet quod imperat. Fert autem leges „ magiſtratus quisque ad ſuam ſemper utilitatem: „ popularis quidem populares, tyrannus tyrannicas, „ in caeteris ſimiliter. Ponentes autem leges, osten„ dunt id justum esſe his, qui ſubditi ſunt, quod „ ſibi ſit utile, atque hoc transgredientem pu„ niunt, tamquam injustum et contra leges „ agentem." Quibus dictis, cum Socrates interrogando disputationem eo deduxit, ut ad concluſionem huic ſententiae contrariam perveniat, ac probet, nullum imperantem, quatenus princeps ſit, cogitare aut praecipere, quod ſibi conferat, ſed quod ſubjecto utile ſit, vehementer Thraſymachus in Socratem invehitur eique objicit, quod nesciat, quodnam ſit pecudis, quodnam pastoris officium: quem cum Socrates rogavit, ut ſuam ſententiam explicet, ſic pergit Thraſymachus (p. 416. D.)

Ὅτι οἴει τοὺς ποιμένας ἢ τοὺς βουκόλους τὸ τῶν προβάτων ἢ τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν αὐτοὺς καὶ θεραπεύειν, πρὸς ἄλλό τι βλέποντας ἢ τὸ τῶν δεσποτῶν ἀγαθὸν καὶ τὸ αὑτῶν. καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας, οἳ ὡς ἀληθῶς ἄρχουσιν, ἄλλως πως ἡγῇ διανοεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ἢ ὥσπερ ἄν τις πρὸς πρόβατα διατεθείη· καὶ ἄλλό τι σκοπεῖν αὐτοὺς διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἢ τοῦτο ὅθεν αὐτοὶ ὠφεληθήσονται. καὶ οὕτω πόῤῥω εἶ περί τε τοῦ δικαίου καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀδίκου τε καὶ ἀδικίας, ὥςε ἀγνοεῖς ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον, ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη. ἡ δὲ

ἀδικία τοὐναντίον καὶ ἄρχει τῶν ὡς ἀληθῶς εὐηθικῶν τε καὶ δικαίων. οἱ δ' ἀρχόμενοι ποιοῦσι τὸ ἐκείνου ξυμφέρον, κρείττονος ὄντος· καὶ εὐδαίμονα ἐκεῖνον ποιοῦσιν, ὑπηρετοῦντες αὐτῷ, ἑαυτοὺς δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν· σκοπεῖσθαι δέ, ὦ εὐηθέστατε Σώκρατες, οὑτωσὶ χρή· ὅτι δίκαιος ἀνὴρ ἀδίκου πανταχοῦ ἔλαττον ἔχει· πρῶτον μέν, ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ξυμβολαίοις, ὅπου ἂν ὁ τοιοῦτος τῷ τοιούτῳ κοινωνήσῃ, οὐδαμοῦ ἂν εὕροις ἐν τῇ διαλύσει τῆς κοινωνίας πλέον ἔχοντα τὸν δίκαιον τοῦ ἀδίκου, ἀλλ' ἔλαττον· ἔπειτα ἐν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν, ὅταν τινὲς εἰσφοραὶ ὦσιν, ὁ μὲν δίκαιος ἀπὸ τῶν ἴσων πλέον εἰσφέρει, ὁ δ' ἔλαττον. ὅταν τε λήψεις, ὁ μὲν οὐδέν, ὁ δὲ πολλὰ κερδαίνει. καὶ γὰρ ὅταν ἀρχήν τινα ἄρχῃ ἑκάτερος, τῷ μὲν δικαίῳ ὑπάρχει κἀκεῖ εἰ (1) μηδεμία ἄλλη ζημία, τά γε οἰκεῖα δι' ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχειν. ἐκ δὲ τοῦ δημοσίου μηδὲν ὠφελεῖσθαι, διὰ τὸ δίκαιον εἶναι· πρὸς δὲ τούτοις, ἀπέχθεσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις, ὅταν μηδὲν ἐθέλῃ αὐτοῖς ὑπηρετεῖν παρὰ τὸ δίκαιον· τῷ δὲ ἀδίκῳ πάντα τούτων τἀναντία ὑπάρχει. λέγω γὰρ ὅνπερ (2) νῦν δὴ ἔλεγον, τὸν μεγάλα δυ-

(1) Illud εἰ a Stephano insertum est, cum in quibusdam MSS. inveniatur simplex κἀκεῖ. Itaque Astius, ad h. l. pro κἀκεῖ εἰ legit καὶ εἰ, [illegible] et hanc conjecturam in suam editionem recepit. Nescio tamen, an Stephaniana ratio praeferenda sit. Illud enim κἀκεῖ habet peculiarem vim. Vult Thrasymachus, non solum in commerciis, in tributis aliisque, sed quod mirum videatur, in administratione quoque reip. justum hominem damnum pati, injustum contra aliquid lucrari.

(2) Recte Astius ad h. l. contendit, pro ὅνπερ le-

δυνάμενον πλεονεκτεῖν. τοῦτον οὖν σκόπει, εἴπερ βούλει κρίνειν ὅσῳ μᾶλλον ξυμφέρει ἰδίᾳ αὐτῷ ἄδικον εἶναι, ἢ τὸ (1) δίκαιον. πάντων δὲ ῥᾷστα μαθήσῃ, ἐὰν ἐπὶ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν ἔλθῃς, ἣ τὸν μὲν ἀδικήσαντα εὐδαιμονέστατον ποιεῖ, τοὺς δὲ ἀδικηθέντας, καὶ ἀδικῆσαι οὐκ ἂν ἐθέλοντας ἀθλιωτάτους. ἔστι δὲ τοῦτο τυραννὶς, ἣ οὐ κατὰ σμικρὸν τἀλλότρια καὶ λάθρα καὶ βίᾳ ἀφαιρεῖται, καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια, καὶ ἴδια καὶ δημόσια. ἀλλὰ ξυλλήβδην, ὧν ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ὅταν τὶς ἀδικήσας μὴ λάθῃ, ζημιοῦταί τε καὶ ὀνείδη ἔχει τὰ μέγιστα, καὶ γὰρ ἱερόσυλοι, καὶ ἀνδραποδισταὶ, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ ἀποστερηταὶ, καὶ κλέπται, οἱ κατὰ μέρη ἀδικοῦντες τῶν τοιούτων κακουργημάτων, καλοῦνται. (2) ἐπειδὰν

legendum esse ὅπερ. Pertinet enim haec prioris sententiae repetitio et affirmatio ad Sophisticam superbiam. Aliquot hujus formulae exempla ibi affert Astius, quibus commode addi potuissent verba Calliclis, apud Pla. Gorg. p. 296. G. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον. ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κ. τ. λ. et infra Thrasymachi, p. 418. F. ἃ νῦν δὴ ἔλεγον.

(1) τὸ delendum est. Vid. Ast. h. l.

(2) Animadvertenda est hoc loco ista artificiosa verborum collocatio, qua verba verbis quasi demensa et paria respondent, et comparantur. Accurate hoc artificium explicuit Astius, cujus operae pretium est notulam describere: „ κατὰ σμικρὸν, inquit, (singulatim κατὰ μέρη, hoc vel illud) et ξυλλήβδην (generatim, omnia sine discrimine) sibi respondent, τἀλλότρια duplicem habet expositionem: καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια et καὶ ἴδια καὶ δημόσια; pariter ἀφαιρεῖται in verbis καὶ λάθρα καὶ βίᾳ. Deinde voces καὶ λάθρα καὶ βίᾳ cum verbo suo ἀφαιρεῖται connexae sunt, τἀλλότρια vero ab is, quibus exponitur, divulsum et in fine orationis

ἐὰν δέ τις πρὸς τοῖς τῶν πολιτῶν χρήμασι, καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισάμενος δουλώσηται, ἀντὶ τούτων τῶν αἰσχρῶν ὀνομάτων, εὐδαίμονες καὶ μακάριοι κέκληνται, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἂν πύθωνται αὐτὸν τὴν ὅλην ἀδικίαν ἠδικηκότα. οὐ γὰρ τὸ ποιεῖν τὰ ἄδικα, ἀλλὰ τὸ πάσχειν φοβούμενοι, ὀνειδίζουσιν οἱ ὀνειδίζοντες τὴν ἀδικίαν. οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἰσχυρότερον καὶ ἐλευθεριώτερον καὶ δεσποτικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστὶν, ἱκανῶς γιγνομένη· καὶ (ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον), τὸ μὲν τοῦ κρείττονος ξυμφέρον, τὸ δίκαιον τυγχάνει ὄν· τὸ δ' ἄδικον, ἑαυτῷ λυσιτελοῦν τε καὶ ξυμφέρον.

His congrua sunt quae paulo post profert Thrasymachus. p. 418. E. ubi justitiam vocat γενναίαν εὐήθειαν: injustitiam εὐβουλίαν. Nam οἱ τελέως ἄδικοι φρόνιμοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ ἀγαθοί· πόλεις τε καὶ ἔθνη δυνάμενοι ἀνθρώπων ὑφ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι. λυσιτελεῖ μὲν οὖν τὸ τὰ βαλάντια ἀποτέμνειν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἐάνπερ λαν-

„ nis collocatum est, ita ut oratio, quum verba „ καὶ ἱερὰ — δημόσια respiciant nomen principale „ τἀλλότρια in orationis initio, in principium suum „ videatur recurrere. Postremo in vocis τἀλλότρια „ expositione membrorum aequalitas non solum „ sensu, verum etiam soni similitudine expressa „ repetitur: nimirum ἱερὰ sunt res divinae, ad „ deorum cultum spectantes, ὅσια vero res sanctae. „ Quapropter ἴδια voci ἱερά respondet, sicut δημόσια voci ὅσια, et adverte voces similiter cadentes ὅσια et δημόσια". Vide quae nos quoque supra collegimus, Cap. I. §. 5. hujus Sectionis.

λανθάνῃ. ἔςι δὲ οὐκ ἄξια λόγου, ἀλλ᾽ ἃ νῦν δὴ ἔλεγον.

In fine Libri primi de Rep. disputatio ita concluditur, ut Thrasymachus concedat Socrati, justum felicem, injustum miserum esse, et Socrates fateatur, cum ignoret, quid sit justum, se nullo pacto scire, virtusne sit an contra, atque utrum, qui id possideat, beatus sit, an non beatus.

Itaque initio Libri secundi Glaucon quidam, vel Thrasymachi vel cujusvis Sophistae discipulus indigne fert, quod Thrasymachus segnius pugnam reliquerat, illumque sermonem, quem saepe ab hoc Sophista multisque aliis audivisset, se instauraturum promittit, quaesiturus nimirum:

1°. Quid justitiam esse dicerent, et undenam oriri,

2°. Ostensurus, omnes qui illam exerceant, invitos exercere, tamquam necessarium, non tamquam bonum,

3°. Recte illos sic agere: multo enim meliorem esse, ex illorum sententia, vitam injusti quam justi.

I. (p. 422. A.) Πεφυκέναι γὰρ δή φασι, τὸ μὲν ἀδικεῖν, ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι κακόν. πλέονι δὲ κακῷ ὑπερβάλλειν τὸ ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀγαθῷ τὸ ἀδικεῖν. ὥς᾽ ἐπειδὰν ἀλλήλους ἀδικῶσί τε καὶ ἀδικῶνται, καὶ ἀμφοτέρων γεύωνται, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸ μὲν ἐκφεύγειν, τὸ δὲ αἱρεῖν, δοκεῖ λυσιτελεῖν ξυνθέσθαι ἀλλήλοις, μήτ᾽ ἀδικεῖν μήτ᾽ ἀδικεῖσθαι· καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους τίθεσθαι, καὶ ξυνθήκας αὐτῶν καὶ ὀνομάσαι τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα, νόμιμόν τε καὶ δίκαιον. καὶ εἶναι δὴ ταύτην γένεσίν τε καὶ οὐσίαν δικαιοσύνης, μεταξὺ οὖσαν τοῦ μὲν, ἀρί-

ἀρίστου ὄντος, ἐὰν ἀδικῶν μὴ διδῷ δίκην· τοῦ δὲ κακίστου ἐὰν ἀδικούμενος τιμωρεῖσθαι ἀδύνατος ᾖ· τὸ δὲ δίκαιον ἐν μέσῳ ὂν τούτων ἀμφοτέρων, ἀγαπᾶσθαι, οὐχ ὡς ἀγαθὸν, ἀλλ' ὡς ἀῤῥωστίᾳ τοῦ ἀδικεῖν τιμώμενον· ἐπεὶ τὸν δυνάμενον αὐτὸ ποιεῖν, καὶ ὡς ἀληθῶς ἄνδρα, οὐδ' ἂν ἑνί ποτε ξυνθέσθαι τὸ μήτε ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι. μαίνεσθαι γὰρ ἄν. ἡ μὲν γ' οὖν δὴ φύσις δικαιοσύνης, ὦ Σώκρατες, αὕτη τε καὶ τοιαύτη, καὶ ἐξ ὧν πέφυκε, τοιαῦτα, ὡς ὁ λόγος.

II. Ὡς δὲ καὶ οἱ ἐπιτηδεύοντες, ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν, ἄκοντες αὐτὸ ἐπιτηδεύουσι, μάλιστ' ἂν αἰσθοίμεθα, εἰ τοιόνδε ποιήσαιμεν τῇ διανοίᾳ· δόντες ἐξουσίαν ἑκατέρῳ ποιεῖν, ὅτι ἂν βούληται, τῷ τε δικαίῳ καὶ τῷ ἀδίκῳ, εἶτ' ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι, (1) ποῖ ἡ ἐπιθυμία ἑκάτερον ἄξει. ἐπαυτοφώρῳ οὖν λάβοιμεν ἂν τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ εἰς ταὐτὸν ἰόντα, διὰ τὴν πλεονεξίαν· ὃ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν ὡς ἀγαθὸν, νόμῳ δὲ βίᾳ (2) παράγεται ἐπὶ τὴν τοῦ ἴσου τιμήν· εἴη δ' ἂν ἡ ἐξουσία ἣν λέγω, τοιάδε μάλιστα, εἰ αὐτοῖς γένοιτο οἵαν ποτὲ φασὶ δύναμιν τῷ Γύγου (3) τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ γενέσθαι. εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν ποιμένα θητεύοντα παρὰ τῷ τότε Λυδίας ἄρχοντι· ὄμβρου δὲ πολ-

λοῦ

(1) Docte ad h. l. animadvertit Astius, frequenter post voces οὕτω, τοιόνδε et similes, participia poni pro verbis finitis: verum observandum quoque erat, hujus loci constructionem esse turbatam: nam ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι scriptum est pro ἐπακολουθοῦντες καὶ θεώμενοι.

(2) Tum sensus postulat, tum Ficini versio, ut legatur νόμῳ δὲ καὶ βίᾳ. Vid. Ast. ad h. l.

(3) Omnino cum Astio legendum videtur Γύγῃ, adeo ut illud Λυδοῦ designet Croesum.

λοῦ γενομένου καὶ σεισμοῦ, ῥαγῆναί τι τῆς γῆς, καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον ᾗ ἔνεμεν. ἰδόντα δὲ καὶ θαυμάσαντα, καταβῆναι καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὴ ἃ μυθολογοῦσι θαυμαστὰ, καὶ ἵππον χαλκοῦν κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα· καθ' ἃς ἐγκύψαντα, ἰδεῖν ἐνόντα νεκρὸν, ὡς φαίνεσθαι, μείζω ἢ κατ' ἄνθρωπον. τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν· ὃν περιελόμενον ἐκβῆναι· συλλόγου δὲ γενομένου τοῖς ποιμέσιν εἰωθότος, ἵν' ἐξαγγέλλοιεν κατὰ μῆνα τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τὰ ποίμνια, ἀφικέσθαι καὶ ἐκεῖνον, ἔχοντα τὸν δακτύλιον. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων, τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός. τούτου δὲ γενομένου, ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις, καὶ διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου. καὶ τὸν θαυμάζειν τε, καὶ πάλιν ἐπιψηλαφῶντα τὸν δακτύλιον, στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, καὶ στρέψαντα, φανερὸν γενέσθαι. καὶ τοῦτο ἐννοήσαντα, ἀποπειρᾶσθαι τοῦ δακτυλίου, εἰ ταύτην ἔχοι τὴν δύναμιν· καὶ αὐτῷ οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην, ἀδήλῳ γίγνεσθαι, ἔξω δὲ δήλῳ· αἰσθόμενον δὲ, εὐθὺς διαπράξασθαι τῶν ἀγγέλων γενέσθαι τῶν περὶ (r) τὸν βασιλέα. ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν. εἰ οὖν δύο τοιούτω δακτυλίω γενοίσθην, καὶ τὸν μὲν ὁ δίκαιος περιθεῖτο, τὸν δὲ ὁ ἄδικος, οὐδεὶς ἂν γένοιτο, ὡς δόξειεν, οὕτως ἀδαμάντινος, ὃς ἂν μείνειεν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων, καὶ μὴ ἅπτεσθαι· ἐξὸν αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀδε- [illegible] ῶς

(r) Recte Astius ex duobus Codicibus pro περὶ rescripsit παρὰ.

ὡς ὅ, τι βούλοιτο λαμβάνειν, καὶ εἰσιόντι εἰς τὰς οἰκίας, συγγίνεσθαι ὅτῳ βούλοιτο. καὶ ἀποκτιννύναι καὶ ἐκ δεσμῶν λύειν οὕςινας βούλοιτο. καὶ τἄλλα πράττειν, ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἰσόθεον ὄντα. οὕτω δὲ δρῶν, οὐδὲν ἂν διάφορον τοῦ ἑτέρου ποιεῖ, ἀλλ' ἐπὶ ταὐτὸν ἴοιεν ἀμφότεροι. καίτοι μέγα τοῦτο τεκμήριον ἂν φαίη τις, ὅτι οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος· ὡς οὐκ ἀγαθοῦ ἰδίᾳ ὄντος· ἐπεὶ ὅπου γ' ἂν οἴηται ἕκαςος οἷος' ἔσεσθαι ἀδικεῖν, ἀδικεῖ. λυσιτελεῖν γὰρ δὴ οἴεται πᾶς ἀνὴρ πολὺ μᾶλλον ἰδίᾳ τὴν ἀδικίαν τῆς δικαιοσύνης. ἀληθῆ οἰόμενος, ὥς φησιν ὁ περὶ τοῦ τοιούτου λόγου (1) λέγων. ἐπεὶ εἴ τις τοιαύτης ἐξουσίας ἐπιλαβόμενος, μηδέν ποτε (2) ἐθέλοι ἀδικῆσαι, μηδὲ ἅψαιτο τῶν ἀλλοτρίων, ἀθλιώτατος μὲν ἂν δόξειεν εἶναι τοῖς αἰσθανομένοις καὶ ἀνοητότατος, ἐπαινοῖεν δ' ἂν αὐτὸν ἀλλήλων ἐναντίον, ἐξαπατῶντες ἀλλήλους, διὰ τὸν τοῦ ἀδικεῖσθαι φόβον. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω.

III. Τὴν δὲ κρίσιν αὐτοῖν τοῦ βίου περὶ ὧν λέγομεν, ἐὰν διαςησώμεθα τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον, οἷοί τ' ἐσόμεθα κρῖναι ὀρθῶς. εἰ δὲ μή, οὔ. τίς οὖν δὴ ἡ διάςασις ἥδε; μηδὲν ἀφαιρῶμεν μήτε τοῦ ἀδίκου, ἀπὸ τῆς ἀδικίας, μήτε τοῦ δικαίου, ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης, ἀλλὰ τέλεον ἑκάτερον εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα τιθῶμεν. πρῶτον μὲν οὖν ὁ ἄδικος, ὥσπερ οἱ δεινοὶ δημιουργοὶ, ποιείτω. οἷον, κυβερνήτης ἄκρος ἢ ἰατρὸς, τά τε ἀδύνατα ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὰ δυ-

και

(1) Omnino rescribendum λόγος, quod Astius in Cod. Reg. reperit

(2) Necesse non videbatur, ut Astius pro μηδέν ποτε e Cod. regio rescriberet μηδέποτε.

κατὰ διαισθάνεται, καὶ τοῖς μὲν ἐπιχειρεῖ, τὰ δὲ ἐᾷ. ἔτι δὲ ἐὰν ἄρα πῃ σφαλῇ, ἱκανὸς ἐπανορθοῦσθαι. οὕτω καὶ ὁ ἄδικος, ἐπιχειρῶν ὀρθῶς τοῖς ἀδικήμασι, λανθανέτω, εἰ μέλλει σφόδρα ἄδικος εἶναι. τὸν ἁλισκόμενον δὲ, φαῦλον ἡγητέον. ἐσχάτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα. δοτέον οὖν τῷ τελέως ἀδίκῳ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν, καὶ οὐκ ἀφαιρετέον· ἀλλ' ἐατέον, τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα τὴν μεγίστην δόξαν αὐτῷ παρεσκευακέναι εἰς δικαιοσύνην· καὶ ἐὰν ἄρα σφαλῇ καί τι (1), ἐπανορθοῦσθαι δυνατῷ εἶναι. λέγειν τε ἱκανῷ ὄντι πρὸς τὸ πείθειν, ἐάν τι μηνύηται τῶν ἀδικημάτων, καὶ βιάσασθαι ὅσα ἂν βίας δέηται, διά τε ἀνδρείαν καὶ ῥώμην, καὶ διὰ παρασκευὴν φίλων καὶ οὐσίας. τοῦτον δὲ τὸ τοιοῦτον θέντες, τὸν δίκαιον παρ' αὐτὸν ἱστῶμεν τῷ λόγῳ, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, κατ' Αἰσχύλον, οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. ἀφαιρετέον δὴ τὸ δοκεῖν. εἰ γὰρ δόξει δίκαιος εἶναι, ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ, δοκοῦντι τοιούτῳ εἶναι. ἄδηλον οὖν εἴτε τοῦ δικαίου, εἴτε τῶν δωρεῶν τε καὶ τιμῶν ἕνεκα, τοιοῦτος εἴη· γυμνωτέος δὴ πάντων, πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ· μηδὲν γὰρ ἀδικῶν, δόξαν ἐχέτω τὴν μεγίστην (2) ἀδικίας, ἵν' ᾖ βεβασανισμένος εἰς δικαιοσύνην, τῷ μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας, καὶ τῶν ὑπ' αὐ-

(1) Cum Codex reg. habeat σφάλληται τι, merito rescripsisse videtur Astius σφάλληταί τι.

(2) Omnino legendum τῆς μεγίστης, ut opponantur praecedentibus μηδὲν γὰρ ἀδικῶν. Praeterea confirmatur haec lectio ab Eusebio, Praep. Ev. XII. p. 583. B. et Theodoreto, Therap. XII. p. 667. B. qui hunc locum excitant.

αὐτῆς γιγνομένων. ἀλλ' ἤτω, (1) ἀμετάστατος μέχρι θανάτου. δοκῶν μὲν εἶναι ἄδικος διὰ βίου, ὢν δὲ δίκαιος. ἵν' ἀμφότεροι εἰς τὸ ἔσχατον ἐληλυθότες, ὁ μὲν δικαιοσύνης, ὁ δὲ ἀδικίας κρίνωνται ὁπότερος αὐτοῖν εὐδαιμονέστερος. — ὄντοιν δὴ τοιούτοιν, οὐδὲν ἔτι, ὡς ἐγῷμαι, χαλεπὸν ἐπεξελθεῖν τῷ λόγῳ οἷος ἑκάτερον βίος ἐπιμένει. λεκτέον οὖν. καὶ δὴ κἂν ἀγροικοτέρως λέγηται, μὴ ἐμὲ οἴου λέγειν, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τοὺς ἐπαινοῦντας πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν. ἐροῦσι δὲ τάδε· ὅτι οὕτω διακείμενος ὁ δίκαιος μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δεδήσεται, ἐκκαυθήσεται τὼ ὀφθαλμώ. (2) τελευτῶν, πάντα κακὰ παθὼν, ἀνασχινδυλευθήσεται. καὶ γνώσεται ὅτι οὐκ εἶναι δίκαιον ἀλλὰ δοκεῖν δεῖ ἐθέλειν. τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου. τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον, ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον, καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἀδικον ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν.

Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. (3)

πρό-

(1) Leg. ἔστω: Vid. Astius ad h. l.

(2) Satis firmis rationibus Astius probavit, legendum esse ἐκκοθήσεται καὶ ἐκκοπήσεται τὼ ὀφθαλμώ. Caeterum ille λόγος ἀγροικότερος, quem Glaucon respicit, omnino est Sophisticus, ac verborum pigmentis et quadam raucitate insignis. Omnino conferanda sunt verba Poli, in *Gorgia*, p. 291 G.

(3) „ Ita hunc locum explico: hoc (τὸ εἶναι ἄριστον, ἀλλ' οὐ δοκεῖν) alte in animo inpressum habens atque insculptum, e quo proba efflorescunt consilia. Amant enim Tragici similitudines e scribendi arte petitas; scribendo vero quasi sulcos

„ du-

πρῶτον μὲν ἄρχειν ἐν τῇ πόλει, δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι, ἔπειτα γαμεῖν ὁπόθεν ἂν βούλοιτο, ἐκδιδόναι εἰς οὓς ἂν βούληται ξυμβάλλειν, κοινωνεῖν οἷς ἂν ἐθέλοι, καὶ παρὰ ταῦτα πάντα, ὠφελεῖσθαι κερδαίνοντα τῷ μὴ δυσχεραίνειν τὸ ἀδικεῖν. εἰς ἀγῶνας τοίνυν ἰόντα, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ περιγίγνεσθαι καὶ πλεονεκτεῖν τῶν ἐχθρῶν, πλεονεκτοῦντα δὲ πλουτεῖν, καὶ τούς τε φίλους εὖ ποιεῖν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς βλάπτειν. καὶ θεοῖς θυσίας καὶ ἀναθήματα ἱκανῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς θύειν τε καὶ ἀνατιθέναι, καὶ θεραπεύειν τοῦ δικαίου πολὺ ἄμεινον τοὺς θεοὺς, καὶ τῶν ἀνθρώπων οὓς ἂν βούληται, ὥστε θεοφιλέστερον αὐτὸν εἶναι μᾶλλον προσήκειν ἐκ τῶν εἰκότων ἢ τὸν δίκαιον. Οὕτω φασὶν, ὦ Σώκρατες, παρὰ θε-

„ ducimus. Sic Astius, dure admodum." Quod de metaphora ex arte scribendi desumta monet vir Cel. verum est: sic Aesch. Choeph. vs. 442. τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου. Prom. Vinct. vs. 788. ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν, et ab hac quoque libri similitudine fluxit verbum δελτοῦν. Id. Suppl. vs. 182. φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτουμένας, quod a Scholiasta exponitur ἀπογραφομένας. Sed si hoc modo locum a Glaucone laudatum (Sept. ad Thebas. vs. 577) interpretamur, duas metaphoras sibi invicem innexas admittamus necesse est, cujus rei vereor ut ullum exemplum apud optimos scriptores exstet. Quidni amplectamur Schutzii interpretationem: „ *fruens ipse animi sui foecunda segete, insignis* „ *e qua prudentia et proba consilia nascuntur?"* Videlicet Amphiaraus nullis ornamentis insignis erat aut se jactabat, sed intus in animi quasi sulcis conceperat prudentiae semina, e quibus largas segetes demetebat. διὰ φρενὸς idem est quod ἐν φρενί, quod ab Aeschylo frequentatur: ex gr. Suppl. vs. 196. ἱκετηρίας — ἔχουσαι διὰ χερῶν. et passim.

θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων τῷ ἀδίκῳ παρεσκευάσθαι τὸν βίον ἄμεινον ἢ τῷ δικαίῳ.

Si hanc Thrasymacheam philosophiam comparamus cum Calliclis oratione, quam supra Poli vitae inseruimus, videmus, quo tenderet horum hominum doctrina. His enim temporibus, ubi quaevis artes et scientiae acrius exerceri coeperant, diligentia et solertia prae caeteris ingenii dotibus excolebantur. Cumque universe viri praestantiores in loquendi scribendique artem involarent, factum est ut in hoc quoque genere solertissimi quique praestantissimi haberentur; illud autem studium mox sanctissimas res aggrediebatur, easque veritates, quae hominum mentibus infixae esse, neque refelli posse putabantur, subvertere conabatur: quod cum facerent Sophistae et Rhetores, non ideo censemus (quod saepius in hac disputatione significavimus) istiusmodi sententias eos intimis animis complexos esse, sed tantummodo ostentavisse credimus, quanta esset loquendi omnisque dialectices efficacitas.

CA-

CAPUT VII.

JUNIORES SOPHISTAE.

§. 1.

Antiphon Onirocrites.

De hoc quominus multa scribamus, curavit Ruhnkenii diligentia, in Disf. *de Antiphonte Rhamnusio*, Sect. IV. qui de ejus vita et scriptis satisfecit. Sed commemoranda videtur hujus Antiphontis cum Socrate sermo, quem refert Xenophon, Apomn. I. p. 729. C. Antiphon enim, cum aliquando, invidia ductus, discipulos Socratis ab hoc philosopho avertere cuperet, his eum verbis allocutus est: Ὦ Σώκρατες, ἐγὼ μὲν ᾤμην τοὺς φιλοσοφοῦντας εὐδαιμονεστέρους χρῆναι γίγνεσθαι. σὺ δέ μοι δοκεῖς τἀναντία τῆς σοφίας ἀπολελαυκέναι. ζῇς γοῦν οὕτως, ὡς οὐδ' ἂν εἷς δοῦλος ὑπὸ δεσπότῃ διαιτώμενος μείνειε. σιτία τε σιτῇ καὶ ποτὰ πίνεις τὰ φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς. καὶ μὴν χρήματά γε οὐ λαμβάνεις, ἃ καὶ κτωμένους εὐφραίνει καὶ κεκτημένους ἐλευθεριώτερόν τε καὶ ἥδιον ποιεῖ ζῆν.

εἰ οὖν, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔργων οἱ διδάσκαλοι τοὺς μαθητὰς μιμητὰς ἑαυτῶν ἀποδεικνύουσιν, οὕτω καὶ συ τοὺς συνόντας διαθήσεις, νόμιζε κακοδαιμονίας διδάσκαλος εἶναι. Sequuntur deinde suavissima Socratis verba, quibus Antiphontis verba refellit, qui alio tempore ita Socratem increpabat. (ibid. p. 731. A) ὦ Σώκρατες, ἐγώ τοι σὲ μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δὲ οὐδὲ ὁπωςιοῦν· δοκεῖς δέ μοι καὶ αὐτὸς τοῦτο γιγνώσκειν· οὐδένα γ' οὖν τῆς συνουσίας ἀργύριον πράττῃ· καίτοι τόγε ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλο τὶ ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι. οὐδενὶ ἂν μὴ ὅτι προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών. δῆλον δὴ, ὅτι εἰ καὶ τὴν συνουσίαν ᾤου τινὸς ἀξίαν εἶναι, καὶ ταύτης ἂν οὐκ ἔλαττον τῆς ἀξίας ἀργύριον ἐπράττου. δίκαιος μὲν οὖν ἂν εἴης, ὅτι οὐκ ἐξαπατᾷς ἐπὶ πλεονεξίᾳ. σοφὸς δὲ οὐκ ἄν, μηδενός γε ἄξια ἐπιςάμενος.

Ex his imprimis patet, qualis fuerit σοφία e Sophistarum sententia. Erat enim prudentia et solertia, quibus efficiendum erat, ut quis jucunde lauteque vitam transigeret, ac videret quomodo ex hominibus, quibuscum versaretur, quam maximae ad se utilitates redundarent. Inde sequebatur, ut non in sola scholarum umbra viverent, sed in mediam vitae aciem prodirent, et hominum consortione fruerentur. Et hinc repetendum est, quod idem Antiphon objicit Socrati, apud eundem Xen. p. 731. E. Mirabatur enim, quo pacto se alios rerum civilium peritos efficere posse Socrates putaret, quum ipse reipublicae negotia non attingeret, siquidem ea se gerere posse sciret.

§. 2.

§. 2.

Antimoerus Mendaeus.

De hoc viro ita ſcribit Plato, in *Prot.*. p. 195. D. καὶ Ἀντίμοιρος ὁ Μενδαῖος ὅσπερ εὐδοκίμει μάλιςα τῶν Πρωταγόρου μαθητῶν, καὶ ἐπὶ τέχνῃ ἐμάνθανεν, ὡς σοφιςὴς ἐσόμενος. cf. de eo Themistius, Orat. XXIX. p. 347. D. qui tamen Platonem ſecutus eſt.

§. 3.

Herodicus Selymbrianus.
Pythoclides Chius.
Agathocles Muſicus.
Tantalus.

Hi, teste Protagora apud Platonem, 196. B. ſophiſticam ſuam rationem vel gymnaſtica vel muſica tegebant. Itaque de his viris, cum auctores veteres ſileant, propterea minus quaerendum videtur, quod ſuſpicari licet eos artifices tantum fuiſſe. Quis enim credat Protagorae, ibidem Homerum inter Sophiſtas referenti? — Caeterum Herodicus ille Selymbrianus idem forte eſt, de quo Ariſtoteles, Rhet. II. 23. καὶ Ἡρόδικος, Θρασύμαχος, ἀιεὶ θρασύμαχος εἶ. vixit igitur hic Socratis tempore. Herodicus autem ille, cujus meminit Schol. Ariſtoph. ad Ranas vs. 10. Ἡρόδικος δέ φησι, διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην (Perſas Aeſchyli) περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην: — hic igitur a primo diverſus fuerit, propter Grammaticum ſcribendi argumentum.

Tantalus quoque domi Calliae cum caeteris Sophistis versari dicitur apud Platonem. Ibid. p. 195. F.

§. 4.

Euthydemus et Dionysodorus.

Euthydemum et Dionysodorum, etsi fortasse Gorgiae et Protagorae aetate pares, non prius memoravimus, quia senes sophisticam susceperunt. Tum postremi in hac serie veniunt, propter inclinans eorum tempore hujus artis studium.

Novi erant Sophistae, Chio insula oriundi. Inde ad Thurios migrarunt. Plat. *Euthyd.* p. 214. F. ubi Socrates addit: φεύγοντες δὲ ἐκεῖθεν. πόλλ' ἤδη ἔτη περὶ τούςδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν. Quid hoc rei fuerit, ni fallimur, ignoratur: πέρυσι δὲ ἢ προπέρυσι, inquit Socrates, οὐδέπω ἤστην σοφώ. De caeteris horum Duumvirorum fatis non liquet.

Tradebant rei militaris peritiam, et quaedam eloquentiae forensis praecepta p. 215. E. F. τὰ γὰρ περὶ τὸν πόλεμον πάντα ἐπίστασθον, ὅσα δεῖ τὸν μέλλοντα ἀγαθὸν στρατηγὸν ἔσεσθαι, τάς τε τάξεις καὶ τὰς ἡγεμονίας τῶν στρατοπέδων. καὶ ὅσα ἐν ὅπλοις μάχεσθαι διδακτέον· Οἵω τε δὲ καὶ ποιῆσαι, δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὐτῷ βοηθεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἄν τις αὐτὸν ἀδικῇ. His dictis a Socrate, cum contemtu rident Euthydemus et Dionysodorus, seque longe sublimiora, *virtutem* scilicet, nunc docere profitentur. — Si idem est Euthydemus, de quo nunc agimus, atque ille cujus meminit Socrates apud Platonem, in *Crat.* p.

258.

253. G. posuit: πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί.

Totus Platonis *Euthydemus* in eo consumitur, ut horum Sophistarum ridiculae cavillationes ludantur, in eoque tam festive versatus est Plato, ut nesciamus, an in hoc dialogo se ipse superaverit. Fingitur Socrates ab Euthydemo et Dionysodoro flagitans, ut juveni cuidam Cliniae praesenti persuadeant, *summis viribus in philosophiam virtutisque studium esse incumbendum.* Cujus quaestionis gravitas cum a Socrate ostensa est, omniumque auditorum animi expectatione suspensi tenentur, Euthydemus Cliniam rogat: πότεροί εἰσι τῶν ἀνθρώπων οἱ μανθάνοντες; οἱ σοφοὶ, ἢ οἱ ἀμαθεῖς; et absurdis captiunculis juvenem cogit ut respondeat, ignorantes discere. At Dionysodorus statim sermonem interpellans, ab eodem juvene extorquet responsionem, sapientes discere. Auditores plaudunt; — juvenis incertus haeret, et erubescit: quem Socrates bono animo esse jubet, affirmans hanc esse illorum virorum quasi quandam prolusionem: mox enim doctrinae suae praestantiam esse exhibituros. Itaque illi Cliniam iterum quaestionibus adoriuntur, eumque veluti in ludo pilam vicissim jactant et excipiunt, donec Socrates a Sophistis petit, ut desinant juvenem his caeremoniarum quasi ludis et praestigiis initiari, jamque ad scientiae sacra ducant: et quo melius sciant quidnam illos facere velit, ipse cum juvene sermonem inchoat de virtute bene vivendi fine. In quo, summa felicitate definita, eum docet, solam sapientiam ad beatam vitam sufficere; quibus graviter et divinitus disputatis, ut habeant scilicet Duumviri isti institutionis exemplum quamvis agreste et inconditum, postremo

mo ab eis impense petit, ut Cliniam erudiant. Tum haec sequuntur: εἰπέ μοι (ἔφη Dionysodorus) ὦ Σώκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, ὅσοι φατὲ ἐπιθυμεῖν τόνδε τὸν νεανίσκον σοφὸν γενέσθαι, πότερον παίζετε ταῦτα λέγοντες, ἢ ὡς ἀληθῶς ἐπιθυμεῖτε καὶ σπουδάζετε. κἀγὼ διενοήθην ὅτι ᾠηθήτην ἄρα ἡμᾶς τοπρότερον παίζειν, ἡνίκα ἐκελεύομεν διαλεχθῆναι τῷ νεανίσκῳ αὐτώ καὶ διὰ ταῦτα προσεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπουδασάτην. ταῦτα οὖν διανοηθεὶς ἔτι μᾶλλον εἶπον, ὅτι θαυμαςῶς σπουδάζοιμεν, καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Σκόπει μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὅπως μὴ ἔξαρνος ἔσῃ ἃ νῦν λέγεις. Ἔσκεμμαι, ἦν δ' ἐγὼ, οὐ γὰρ μήποτ' ἔξαρνος γένωμαι. Τί οὖν, ἔφη, φατέ; βούλεσθε αὐτὸν σοφὸν γενέσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. νῦν δὲ, ἦδ' ὃς, Κλεινίας πότερον σοφός ἐςιν, ἢ οὐ; οὔκουν φησι γέ πω. ἔςι δὲ (ἦν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλαζών. ὑμεῖς δὲ, ἔφη, βούλεσθε γενέσθαι αὐτὸν σοφὸν, ἀμαθῆ δὲ μὴ εἶναι; ὡμολογοῦμεν. Οὐκοῦν ὃς μὲν οὐκ ἔςι, βούλεσθε αὐτὸν γενέσθαι, ὃς δ' ἔςι νῦν, μηκέτι εἶναι. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, ἐθορυβήθην· ὁ δὲ μοῦ θορυβουμένου ὑπολαβὼν, ἄλλο τι οὖν, ἔφη, ἐπεὶ βούλεσθε αὐτὸν, ὃς νῦν ἔςι, μηκέτι εἶναι, βούλεσθε αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ἀπολωλέναι.

Haec eo consilio descripsimus, ut haberent nostri lectores specimen argutiarum, quibus, si Platoni credendum est, hi Sophistae Dialectices nomen dabant. Nam plura ex hoc dialogo desumere, non est operae pretium, quamvis aegre inde abstineamus, propter summam leporum festivitatisque jucunditatem.

Et haec erat, si dîs placet, virtutis tradendae ratio; sic docebatur sapientiae esse studendum, virtutemque ad bene beateque vivendum se ipsa esse

con-

contentam. Quid mirum est, hujusmodi ardeliones, etsi ingentem multitudinem juvenum, litigandi artis et omnis novitatis studiosorum, sibi adjungerent, Atheniensibus tamen exosos fuisse? adeo ut alii Gymnasiis ejicerentur, alii urbe expellerentur.

Hujus generis denique fuerint illi ἐριστικοὶ, in quos saepius invehebatur senex Isocrates, quorumque artificia Aristoteles de industria exposuit et confutatione explosit: qui artem vel peritiam a veteribus illis Gorgia, Protagora, Prodico acceptam, quamque illi infinita prope eruditione vindicaverant, in contemptum vocabant, eaque ad juvenum ingenia pervertenda abutebantur.

SECTIO TERTIA.

CAPUT I.

De temporum, quibus floruerunt Sophistae opportunitate, ad eorum doctrinam provocandam et propagandam.

Mirum forte videatur, hoc caput nunc demum a nobis tractari, neque illi de Sophistarum vitis et rebus gestis fuisse praemissum. Itaque priusquam in rem praesentem veniamus, hujus consilii ratio reddenda est.

Et primo quidem, cum ejusmodi sit hujus sectionis materies, quae cum supra tractata arctissimo vinculo sit conjuncta, at quaestio nihilominus, quibus verbis concepta esset, his videretur ejus materiae tractationem excludere, eo maxime enitendum esse putavi, ut potius additamenti, si ita liberet, resecandi jucunditatem, quam operosi incrementi molestiam afferrem. Deinde, ut nostrum de hoc capite judicium a prius institutae quaestionis, de Sophistarum vitis et rebus gestis, eventu pependerat, ita lectores in nostram sententiam perduci posse non speravimus, nisi eandem in ordinanda disputatione sequeremur rationem, qua in perquirendo et scribendo usi essemus. Praetulerunt autem nobis facem summi Heerenii verba: „ quamvis Mei-

„ ner-

„ nersius, Tennemannius, alii, in rebus et pla„ citis Sophistarum explicandis egregie sint „ versati, omnis tamen hic locus veteris hi„ storiae tenebris obvolutus est, quae dispelli „ non poterunt, priusquam accuratius eorum „ tempora definiantur." (Ideën etc. Tom. III. p. 439. not.) Et his quidem tenebris dimovendis, nos in superiore disputatione operam dedimus, ac nisi ex illis meridianam lucem depromserimus, nobisque ipsis omnia sint dilucida et perspicua, illud tamen affirmare haud dubitamus, unica hac ab Heerenio monstrata via insistendum ac progrediendum esse, si quis propius ad veritatem accedere, neque omnino praepostere de Sophistis judicare velit.

Etenim parum vidisse ipsos veteres in Sophistarum origine indaganda, ostendit horum multiplex de ea sententiarum diversitas, quas cum omnes recensere infinitum sit, quatuor praecipuis citandis defungemur, quippe ad quas caeterorum quoque sententiae aliquomodo sunt referendae. Itaque Seneca, Ep. 88. fuse disputans de recto temporis usu, non sufficiente hominum aetate ad omnia amplectenda; „ philoso„ phi," inquit, „ quantum habent supervacui, „ quantum ab usu recedentis. Ipsi quoque ad „ syllabarum distinctiones et conjunctionum et „ praepositionum proprietates descenderunt, et „ invidere Grammaticis, invidere Geometris. „ Quicquid in illorum artibus supervacuum es„ set, transtulere in suam; sic effectum est, ut „ diligentius sciant loqui quam vivere. Audi „ quantum mali faciat nimia subtilitas, et quam „ infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re „ in utramque partem disputari posse ex aequo."

Lucianus *Aët.* c. 3. „ quod" (Herodotum libros suos publice legentem totius Graeciae suffragia tulisse) „ quidem postea consideran-„ tes, hanc nempe compendiariam quandam ad „ notitiam hominum viam, Hippias ex ipsa illa „ Elidis regione Sophista, et Ceus Prodicus, „ et Anaximenes Chius, et Agrigentinus Po-„ lus, et frequentes alii, semper verba et ipsi „ fecerunt ad concilium, unde nobiles brevi tem-„ pore facti sunt."

Dio Chrys. *Orat.* XXXV. p. 431. B. „ Vi-„ detur autem mihi et Sophistarum genus hinc „ olim crevisse. Quum enim multi adolescen-„ tes otiosi unum admirantur saltantes, sicuti „ Bacchae circum Dionysum: plane necesse est, „ hunc hominem brevi quodam tempore per-„ multis aliis aliquid dicere videri. Fere enim, „ quemadmodum parentes infantulos loqui do „ cent, cum gaudio excipientes quidquid dixe-„ rint: (qui ex hoc quoque confidunt, magisque „ in dies accedunt (1), manifestiusque eloquun-„ tur, et tandem eorum discunt vocem, qui-„ buscum conversantur, sive Graeci sint, sive „ barbari:) ita et Sophistas necesse est audito-„ rum sententiam recipere, ut talia et dicant et „ cogitent, quales illi cumque sint."

Seneca quidem manifesto philosophos cum Sophistis confudit, et in hunc ipse errorem incidit, quod Sophisticam esse putabat, *quasi philosophiam errantem.* — Luciani sententia ita a vero (quod ajunt) toto coelo differt, ut se ipsa ever-

(1) Durius quidem est illud *accedunt*, προάγουσι, pro quo Reiskius melius sane proponit προίασι, *proficiunt.*

evertat, neque refutationem mereatur. — Dio autem Chrysostomus suam de sophistis opinionem e Platonis ratione effinxit, a quo passim illi depinguntur trepidante multitudine cincti, et inter hos tamquam Dei deambulantes, e tripode pronuntiantes et oracula fundentes. Verum causam pro effectu sumsit Dio, et magis explicuit, quod sophisticae incrementum, quam quae ejus origo fuisset.

Quarta his accedit opinio Plutarchi, in vita Themist. p. 112. D. qui de hujus praeceptoribus scribens: *μᾶλλον οὖν ἄν τις*, inquit, *προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου τὸν Θεμιστοκλέα τοῦ Φρεαρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν, οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν φυσικῶν κληθέντων φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν, καὶ δραστήριον σύνεσιν, ἐπιτήδευμα πεποιημένου καὶ διασώζοντος, ὥσπερ αἵρεσιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Σόλωνος, ἣν οἱ μετὰ ταῦτα δικανικαῖς μίξαντες τέχναις, καὶ μεταγαγόντες ἀπὸ τῶν πράξεων τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τοὺς λόγους, σοφισταὶ προσηγορεύθησαν.* Haec sententia eo probabilior videri possit, quo magis suspici solet Plutarchi in judicando ingenii acies. Est quidem ejus locus peculiaris, eoque usi sunt cel. Heerenius, op. l. T. III. p. 435. et doctiss. Thorbeckius, in comment. de *Pers. Orat. etc.* p. 125. sqq. ille ut ostenderet, fuisse quamdam, e Solonis successione Athenis servatam et propagatam Scholam politicam: hic ut quae fuisset prima dicendi magistrorum origo, quasi digito indicaret. — At enim, quodnam illud Mnesiphili negotium fuerit nobis quidem difficile est ad dijudicandum, cum talis Politicae se-

sectae in caetera antiquitate nullum vestigium reperiatur (1) Verum haud immerito sane sagacissimus ille harum rerum judex, Heerenius, conjecit illam δεινότητα πολιτικὴν καὶ δραςήριον σύνεσιν non fuisse doctrinam certis scientiae regulis adstrictam, verum praecepta quaedam moralia ad vitae rite instituendae, et reip. sapienter gerendae curam facientia. Tum si veram ostendisset Sophisticae originem Plutarchus, sequeretur Sophistas neque physicos fuisse, neque publicis rebus se immiscuisse. Omnino quicumque e veteribus aliquam de hoc argumento enunciaverunt opinionem, Sophisticam, quae eorum aetate vigeret, cum veteris ratione confudisse videntur, eorumque judicio offecit, quod non satis attendebant, quae fuisset antiquiorum Sophistarum cum philosophis conjunctio.

Sed cum ne illi quidem viri, quos recentior nostra aetas tulit, quique de *gentium* rebus sunt philosophati, eamdem de hoc argumento opinionem sint secuti, verum alii aliter senserint, nostram quoque sententiam interponemus; quae cum profecta sit, non ex pronuntiandi quadam temeritate, verum e diuturna hujus in historia loci consideratione, aliquam forte habeat veri speciem.

Itaque Sophistarum origo e quatuor caussis repetenda videtur:

1. Ex

(1) Mihi quidem omni dubio caret, hunc eundem esse Mnesiphilum, cujus meminit Herod. L. VIII. c. 8. quique Auctor fuit salutaris illius consilii, quo Graeci classiarii apud Salaminem retinebantur. Erat profecti hoc summae prudentiae documentum.

1. Ex Eleaticorum philosophia.
2. Ex orta in Sicilia arte Rhetorica.
3. E temporum in Graecia conditione; libertatis studio, democratia, aliis.
4. E Periclis eloquentiae fama.

I. *De Eleaticorum philosophia.*

Antiquitus Philosophia poëtica fuit quodammodo et practica; a Pythagora vero inde, humanum sese ingenium altius attollens de rebus coelestibus anquirere et disserere coepit. Et malo quidem fato accidit, ut si quid in his scientiis, non nisi longa experientia addiscendis, homines non satis intelligerent, aut parum integrum esse animadverterent, hoc phantasia sensuum omnisque certae scientiae vicaria sibi fingerent ac repraesentarent; inde factum est, ut alii aliter de iisdem rebus cogitarent et commentarentur, et gliscente magis magisque disserendi pronuntiandique audacia, res ultra humani ingenii terminos positas intelligi posse putarent, Metaphysicesque exercendae rationem inirent eam, qua a veritate longius etiam aberrarent; cumque de rerum sensibus vel omnino vel quodammodo percipiendarum natura in tam diversas sententias abirent, quid mirum est certamen fuisse *de intelligibilibus*, et quot essent philosophantium capita, tot fuisse diversissimas opiniones, donec tandem eo ferrentur insaniae, ut suorum errorum culpam in ipsam rerum naturam suaque intelligendi instrumenta convertentes, aut nihil esse, aut nihil sensibus percipi posse affirmarent? Erat autem hic philosophandi modus dialecticae exercendae imprimis idoneus; quippe quo

quo in utramque partem aequales fere numero et pondere rationes afferri poterant. Haec autem quo melius perſpiciantur, age ex Eleaticae Scholae placitis et conſuetudine quaedam ad propoſitum nostrum facientia delibemus.

Eleaticorum princeps Xenophanes negabat, unam rem qualis ſenſibus nostris offertur, numero augeri poſſe, ſeu (quod minus latine dicitur) *unitatis negabat pluralitatem.* (Vid. Sext. Emp. P. H. I. p. 46. C. cf. Krug, Geſch. der Phil. §. 38.) Unum dicebat eſſe univerſum. Et hoc quidem placito ad Polytheismum evertendum ducebatur; nam *ἐδογμάτισε ὁ Ξενοφάνης παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν Θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι. εἶναι δὲ σφαιροειδῆ καὶ ἀπαθῆ, καὶ ἀμετάβλητον, καὶ λογικόν.* — In eamdem fere ſententiam disputabant Parmenides, Zeno et Meliſſus; quorum Parmenides quidem Deum *τὸ ἀκίνητον καὶ πεπεράσμενον σφαιροειδὲς* vocabat: vid. Krug. (§. 412.) de Meliſſo haec refert Diog. L. IX. 24. *ἐδόκει δὲ αὐτῷ τὸ πᾶν ἄπειρον εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἓν ὅμοιον ἑαυτῷ, καὶ πλῆρες. κίνησίν τε μὴ εἶναι, δοκεῖν δὲ εἶναι. ἀλλὰ καὶ περὶ θεῶν ἔλεγε μὴ δεῖν ἀποφαίνεσθαι. μὴ γὰρ εἶναι γνῶσιν αὐτῶν.* Zenonis autem etſi non conſtat, quaenam fuerit de Deis ſententia, dubitari tamen vix poteſt, quin Parmenidis praeceptoris amicique ſui opinionem ſecutus ſit, imprimis cum Xenophanis placitum amplecteretur, *ὅτι ἓν τὸ ὂν καὶ πᾶν.* (Vid. quos laudat Krug. §. 44. A.) Empedocles quoque his addendus est, qui quum Pythagoreis annumerari ſoleat, tamen inter Eleaticos potius locum obtinet. Utcumque autem haec res ſit,

nunc

nunc quidem animadvertisse sufficiat, ejus philosophandi rationem Eleaticorum morem retulisse, eumque de sensuum veritate dubitavisse. Alii dicunt hunc sex rerum elementa posuisse, veritatis criteria; alii eum sensibus nullam prorsus fidem tribuisse. Vide Sext. Emp. adv. Math. VII, p. 159—161. qui utrumque placitum ipsius Empedoclis versibus firmat, rem vero in medio relinquit. Empedoclem quidem e dubitantium fuisse numero, abunde patet ex Cicerone, Acad. Quaest. IV. 5 et 25. cf. Krug. (§. 51. d.)

Monuimus supra, Rhetoricae et Dialecticae exercendis Eleaticorum rationem ansam dedisse. Hoc vero aliquot virorum exemplis comprobatum est. Nam Parmenides, teste Sexto Emp. adv. Math. VII, p. 139. B. οὐκ ἂν δόξαι τῆς διαλεκτικῆς ἀπείρως ἔχειν, quamvis de hoc dubitetur, Sextusque ibidem referat, Zenonem ab Aristotele Dialectices auctorem et inventorem fuisse habitum; possint tamen haec testimonia ita conciliari, ut credamus ambos huic arti studuisse, quippe familiaritate conjunctos. — Empedocles Rhetorices inventor dicebatur, teste Aristotele, apud Diog. L. VIII. 57. Itaque cum adeo incongrua tradantur de primo Rhetoricae et Dialecticae inventore, observandum tamen est, harum artium inventionis honorem ejusdem fere disciplinae et temporis hominibus tribui.

Qui ante Pythagoram philosophati sunt, vulgo in Scholarum umbris degentes, ab omni rerum publicarum gerendarum cura abstinebant, (Vid. prae caeteris Plato. *Hipp. Maj.* 95. E.) Idque aliter vix fieri poterat, cum discipulos suos

ſuos quodammodo educarent, eorumque animos continuis ſermonibus asſiduaque familiaritate ad virtutis ſtudium informarent. vid. Plato Ep. VII. p. 718. G. et 719. B. et Heusdium, vir. cel. laudatum a Texio, in disſ. l. p. 77.) Quum autem alias etiam res, imprimis phyſicam tractare coepisſet philoſophia, quae privata fuerat, publicam magis utilitatem ſpectare coepit Illi enim, quos caeteri homines ob ſapientiae et eruditionis famam ſuspiciebant, tum de rei publicae commodis conſulebantur, tum ipſi a publica vita propter philoſophandi rationem non amplius erant alieni. — Itaque Parmenides civibus ſuis optimas leges tulisſe dicitur, Eleaeque cives magistratus ſuos jurare cogebant, ſe Parmenidis inſtituta esſe ſervaturos. vid. Plut. adv. Col. p. 1126. A. cf. Diog. L. IX. §. 23. Cognita ſunt Zenonis merita in patriam ſuam, quam quum a Demyli tyrannide liberare vellet, comprehenſus vitam miſerabiliter ſed fortiter amiſit. — Melisſus Sami patriae praetor Athenienſes navali proelio vicit; vid. Plut. l. l. et Krug. (§. 45, a) Eodem etiam loco Plutarchus, quippe principum philoſophorum civiles laudes referens, de Empedocle: Ἐμπεδοκλῆς δὲ τοὺς τε πρώτους τῶν πολιτῶν ὑβρίζοντας καὶ διαφοροῦντας τὰ κοινὰ ἐξελέγξας, τήν τε χώραν ἀπήλλαξεν ἀκαρπίας καὶ λοιμοῦ, διασφάγας ὄρους ἀποτειχίσας, δι' ὧν ὁ νότος εἰς τὸ πεδίον ὑπερέβαλε. Vid. omnino Diog. L. VIII. 60 et 66. Menagius ad priorem locum. Cf. etiam Heeren. Ideën, Tom. III. p. 436 ſqq. et Tennem. Oper. l. p. 345 ſqq. A postremo tamen in hoc disſentimus, quod antiquorum philoſophorum mo-

morem cum Sophistarum consuetudine comparat, quique inter hos medii fuerunt, Eleaticos omittit.

II. *De orta in Sicilia arte Rhetorica.*

Locum Ciceronis, quem supra in usum nostrum convertimus, cum classicus sit, hic repetere juvat: (Bruto, c. 12.) „ Pacis est comes, „ otiique socia, et jam bene constitutae civita„ tis alumna quaedam, eloquentia. Itaque, ait „ Aristoteles, cum sublatis in Sicilia Tyrannis, res „ privatae longo intervallo judiciis repeterentur, „ tum primum, quod esset acuta illa gens, et con„ troversa natura, artem et praecepta Siculos „ Coracem et Tisiam conscripsisse: nam antea „ neminem solitum via, nec arte, sed accu„ rate tamen et de scripto plerosque dicere; „ scriptasque fuisse et paratas a Protagora „ rerum illustrium disputationes, quae nunc „ communes appellantur loci. Quod idem „ fecisse Gorgiam, cum singularum rerum „ laudes vituperationesque conscripsisset: quod „ judicaret hoc Oratoris maxime esse pro„ prium, rem augere posse laudando, vitupe„ randoque rursus affligere." Et haec quidem verba eo majus habent momentum, quo accuratius Eleaticorum tempora et fata considerantur. Parmenides floruit Ol. 79 Zeno Ol. 80. Melissus 84. Empedocles 84. (vid. Diog. L. in horum vitis.) Hos autem viros propter locorum vicinitatem verosimile est, aut in Siciliam transjicere, aut a Siculis visitari solitos fuisse. Ferebat enim jam istorum temporum consuetu-

 do,

do, ut vel in remotissimas terras itinera facerent quicumque sapientiae artiumque discendarum essent studiosi. Praeterea ipse Empedocles Agrigentinus quibusdam Parmenidem Eleaticum audivisse dicitur. Fuerunt autem memorati viri omnes Corace juniores, si verum est, quod supra (Sect. II. c. I. §. 1.), ut opinor, demonstravimus, Coracem floruisse circa Ol. 77. — Itaque collectis his rationibus, sic concludimus: efflorescebat jam ars Rhetorica in Sicilia, priusquam Eleatici Dialecticam excolerent; qui quum philosophandi genere suo, eoque quod frequenter res publicas tractarent, eo ferrentur ut Dialecticae Oratoriaeque artis utilitatem perspicerent, familiaritatem cum Siculis hominibus contraxerunt, cumque his communiter illam disserendi rationem excoluerunt aliisque tradiderunt, cujus abusus mox ipsi philosophiae pestem erat illaturus.

III. *Temporum in Graecia conditio etc.*

Tempora quae in Graecia Persicum bellum secuta sunt, tam luculenter descripta sunt a Meinersio et Tennemannio, ut actum essemus acturi, si de illo argumento denuo scribere, et arrogantiae culpam contracturi, si quicquam melius in medium ferre conaremur. Itaque quae ad propositum nostrum pertinent, breviter comprehendamus.

Bello Persico ad eventum felicem perducto, magna et rerum publicarum et ingeniorum facta est conversio: aeterna sane invictae virtutis fama, atque indelebilis profligati Xerxis memoria uniuscujusque animum percellebat, et ad acrio-

acriorem libertatis sensum excitabat. Inde Athenienses imprimis, ex hostium manubiis ditiores factos, incessit cupido omni monumentorum genere urbem ornandi, repetendumque hinc videtur artium scientiarumque studium, quod illis temporibus augebatur, et subito ad totam fere Graeciam pertinebat. Accedebat, quod corrumpentibus sensim divitiis luxuque civium animos, ab antiqua simplicitate degenerabant, puerorumque educatio, quae antea, e Solonis instituto, informandis ad virtutem ingeniis et gymnastica continebatur, nunc latius spectabat, pluresque artes amplecti coeperat. Requirebantur igitur viri, qui juventutem elegantioribus scientiis imbuerent, quae quidem cum ingeniis ornandis, non animis virtute excolendis inservirent, facile eo inducebantur praeceptores, ut mercedem rogarent, parentes ut pro puerorum institutione pretium solverent.

Acrior etiam ille libertatis sensus eo valuit, ut in multis aliis civitatibus pro Aristocratia instituerctur Democratia, et ipsis Athenis, magis magisque resolutis vinculis, quibus Solon civitatem adstrinxerat, populus majorem sibi regnandi partem vindicaret. Cujus cum e votis saepe Reipublicae summa penderet, tantaque esset levitas, ut puerorum instar crepundiis ludentium, modo hoc modo illud aut arriperet aut abjiceret, originem dederunt ejusmodi hominibus, qui ipsorum voluntatem quoquo vellent traherent, idque oratione maxime efficere conarentur, modo suavitatis lenociniis demulcente ac permovente, modo deterrente gravitate ac vehementia.

IV. *Periclis eloquentiae fama.*

Quantopere autem haec tempora eloquentiae provocandae essent idonea, Periclis exemplo comprobatum est, ad cujus vocem pax et foedera pangebantur, urbes templis Deorumque statuis decorabantur, in tota Graecia belli incendium flagrabat. Incomparabilis hic vir cum vulgo e philosophorum, imprimis Anaxagorae, scholis summus orator evasisse putetur, nostra quidem sententia, alios habuerit, e quorum institutione ad dicendi artem percipiendam profecerit. A Plutarcho sane narratur', eum auditorem fuisse Zenonis Eleatae, *πραγματευομένου περὶ φύσιν ὡς Παρμενίδης, ἐλεγκτικὴν δέ τινα, καὶ δι' ἐναντιολογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσαν ἐξασκήσαντος ἕξιν*, quae postema verba eo proposito addidisse videtur Plutarchus, ut indicaret, Zenonis dialecticam profuisse Pericli, ad *omnem orationis facultatem comparandam.* Mox enim subjungit, eum plurima debuisse Anaxagorae, et *τοῦτον*, inquit, *ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα θαυμάσας ὁ Περικλῆς καὶ τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον* (*ὡς ἔοικε*) *τὸ φρόνημα σοβαρὸν, καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχεν καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, κ. τ. λ.* Sicut enim hic Anaxagorae familiaritatem ad orationem etiam Periclis informandam conduxisse testatur, ita supra quoque, quod de Zenonis *ἐναντιολογίᾳ* significabat, ad eandem Periclis eloquentiam referri debebat. — Caeterum potuit etiam cum Parmenide versari, quem eodem quo Zenonem tempore Athenas profectum esse, colligitur ex Platonis ll. ll. a Krugio, §. 40 a, et Tennem. Tom. I. p. 152.

Et

Et hae quidem cauſae, quas ſupra expoſuimus, mirum in modum ad provocandam Sopistarum dicendi docendique rationem conſpiraverunt. Quantam Zeno in eo habuerit auctoritatem, vel inde patet, quod a quibusdam Sophistis annumeratur. Quidquid autem dicant illi, qui hujus philoſophi cauſam agentes perhibent, eum non niſi disputandi concludendique regulas finemque accuratius definivisſe, et eatenus tantum Dialectica uſum esſe, quatenus haec disputandi argumentum quaſi logicis terminis circumſcriberet, quis tamen inficias eat, eam fuisſe Zenonis dialecticam, quae ab istiusmodi ſalutari propoſito ſatis longe aberraret: quid enim facias famoſa illa argumentatione, qua motum tollebat, quamque Achillem vocabat (1)? Id ſane genus argutiarum Sophistae perſequi ſolebant. Tum ne mercedem quidem Sophistae a diſcipulis primi poposcerunt. Id enim ante illos Zeno factitabat; (vid. quos laudat Krug §. 43. c.), adeo ut mirum non amplius videatur, a quibusdam, rem non ſatis perpendentibus neque cauſam ab effectu discernentibus, Zenonem Sophistarum principem fuisſe habitum.

CA-

(1) Arist. Phyſ. VI. 14. ἔστι δ' οὗτος (Ἀχιλλεύς) ὅτι τὸ βραδύτερον οὐδέποτε καταληφθήσεται θέον ὑπὸ τοῦ ταχίστου. ἔμπροσθεν γὰρ ἀναγκαῖον ἐλθεῖν τὸ διῶκον, ὅθεν ὥρμησε τὸ φεῦγον. ὥστ' ἀεί τι προέχειν ἀναγκαῖον τὸ βραδύτερον. Vid. Menagius ad Diog. L. IX. 23. Dubitatur quidem, ſitne Parmenides an Zeno hujus argumentationis, ſeu potius ineptiae auctor. Sed hoc nihil ad nos: utrique enim eandem in hac re tribuimus auctoritatem; cf. porro de Zenonis dial. ll. ll. a Meinerſio, op. l. p. 364. Et de ejus *Achille* acute disputans Tennem. op. l. Tom. III. p. 190.

CAPUT II.

De Sophisticae usu et incrementis.

Quam perversa fuerit Sophistica ratio, inde patet, quod jam ipsius Socratis aetate, ad quam ejus origo pertinebat, a primorum Sophistarum consilio se inclinavit, sibique ipsa interitum attulit: de quo cum passim in nostra disputatione (vid. Sect. I. c. 2. et Sect. II. c. 4. §. 1.) egerimus, pauca addamus de Sophistarum meritis in eloquentiam, scientias, et philosophiam.

Unaquaque demum arte et disciplina ad quandam perfectionem exculta, earum norma et regulae constituuntur; cujus contrarium accidit eloquentiae studio. Haec enim, quamquam per Themistoclem, Cimonem, Periclem, Alcibiadem, aliosque politicos viros incrementum ceperat, longe tamen infra *illud perfectionis* fastigium substiterat, quo a Demosthene fuit evecta (1). Hinc quidem factum est, ut cum a Cora-

(1) Ruhnkenius, in Hist. crit. Orat. Gr. p. 38: „quam aetatem, inquit, (Cimonis, Periclis, aliorum) fuerunt qui non ordine tantum, sed etiam excellentia primam existimarent." Quod tamen probat summus Ruhnkenius uno tantum Plutarchi testimonio, quod est in *Demosthenis vita*, p. 852. B ὡς, εἴγε περὶ τὰς ὑποθέσεις αὐτοῦ φιλοτιμίᾳ καὶ τῇ τῶν λόγων εὐγενείᾳ παρῆν ἀνδρεία τε πολεμιστήριος, καὶ τὸ καθαρῶς ἕκαστα πράττειν, οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μυροκλέα καὶ Πολυεύκτου καὶ Ὑπερίδην ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων, ἀλλ' ἄνω μετὰ Κίμωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους ἄξιος ἦν τίθεσθαι. Nos quidem, qui alii auctores idem tradant ignoramus. Sed pace magni viri dixerimus, in Ruhnkenii sententiam ne Plutar-

race inde et Gorgia orirentur, qui orationem certis regulis adstringerent, aliquando verum viderent, saepius tamen alucinarentur. At quis neget, hanc diligentiam ipsum eloquentiae studium adjuvisse, praesertim cum ea esset Graecorum ingenii felicitas, qua naturam ducem sequentes sensim in rectam viam redirent: nam, ut hoc utar, Isocratis disciplina, e Sophistarum Scholis profecta neque ab omni plane vitiorum labe immunis, perfectissimam tamen loquendi rationem progenuit et disseminavit (1).

De

tarchum quidem interpretamur, cujus locum longiorem dedimus, quam a Ruhnkenio prolatus fuit, quo melius liqueret, significasse Plutarchum virtutem politicam invictamque in bello fortitudinem. In eandem sententiam quae sequuntur accipienda sunt: τῶν γοῦν μετ' αὐτὸν ὁ Φωκίων, οὐκ ἐπαινουμένης προϊστάμενος πολιτείας, ἀλλὰ δοκῶν μακεδονίζειν, ὅμως δι' ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην οὐδὲν οὐδαμοῦ χείρων ἔδοξε τοῦ Ἐφιάλτου καὶ Ἀριστείδου καὶ Κίμωνος ἀνὴρ γενέσθαι Nam ne hic quidem de eloquentiae laude cogitasse Plutarchum, ostendunt quae scribit in ejusdem Demosthenis vita, p. 850 D. ubi cum memoravit cognitum illud ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται, haec addit: τοῦτο μὲν οὖν ἄδηλον, εἴτε πρὸς δόξαν ἐπετόνθει, πόλλων πανὺ καὶ μακρῶν περιόδων ἓν ῥῆμα καὶ νεῦμα πίστιν ἔχοντος ἀνθρώπου κυριώτερον ἡγούμενος. Erat profecto illorum rei publicae statorum eloquentia ejusmodi, quae e conjunctis summa rei politicae scientia, virtutis bellicae, justitiaeque laude et elato animo existeret.

(1) De rebus gestis et philosophia Sophistarum tam copiose et accurate egimus, quam hujus Dissertationis, *unius anni spatio conscribendae*, termini, et veterum *incerta plerumque testimonia* sinebant;

 sed

De artibus quoque scientiisque bene meruisse Sophistas, ipse Plato agnoscere videtur. Ita enim hic, in *Sophista*, p. 151. G. ταύτης τοίνυν τῆς μαθηματοπωλικῆς, τὸ μὲν περὶ τὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν μαθήματα, ἑτέρῳ· τὸ δὲ περὶ τὸ τῆς ἀρετῆς, ἄλλῳ προςρητέον. E quibus sequitur, Platonem Sophistas eo tantum contemsisse, quod praecepta morum mercede darent, neque adeo eorum artium tradendarum morem improbavisse. Et multos e primorum Sophistarum disciplina prodiisse artifices scientiarumque magistros, tum e multiplici eorum doctrina credibile est, tum confirmatur Theodori verbis, qui apud eumdem Platonem, in *Theaet.* p. 123. fine, se Protagorae rationem reliquisse ait, Geometramque factum esse. Damon musicus Prodico familiariter utebatur, adeo ut Plutarchus, in Pericle; p. 153. fine, hunc Periclis praeceptorem dicat Musicae professione Sophisticam *rationem* texisse (1).

De

sed operae quidem pretium esset, peculiari disputatione agere de Sophistarum dictione, cujus tanta vis fuit, ut optimorum auctorum scripta contagione infecerit. Quod si quis in dubium vocet, ut ex historicis Thucydidem, e poëtis Euripidem, Xenophontis quoque Cyropaediam taceam, inspiciat, quaeso, Theopompi fragmentum luculentissimum, servatum a Polybio.

(1) Texius V. Cl in dissertatione doctissima et elegantissima, *de Musica e Platonis sententia*, p. 132. Sophistas ait musicam profiteri solitos fuisse, qua artes suas et fraudes obtegerent. Recte; verum, nostra quidem sententia, hoc non liquet e Platonis loco ab illo allato, qui est in *Protagora*, 196. B.

Ibi

De Sophistarum philosophica ratione tum multa in secunda Sectione disputavimus, tum aequissimum est judicium Platonis, *de Rep.* V. p. 458 B. „ multi incidunt in artem contradi„ ctoriam, quod nesciunt rem secundum species „ dividere, sed secundum ipsum nomen contra„ rium propositi consequuntur, contendentes „ potius quam disputantes (1)," cui loco si addas, quae a Socrate dicuntur, in *Timaeo*, p. 523 B. „ Sophistas, quamvis in caeteris egre„ gios viros, propterea quod nullas fixas sedes „ habeant, ignorare quam multa et qualia viri „ philosophi atque civiles, tam bello quam pa„ ce, erga singulos verbis et operibus agant," fatearis necesse est, eorum rationem philosophicam fuisse perversissimam, eosque imprimis cum religionem Deorum tollerent, virtutemque uti-

Ibi enim Protagoras gloriatur, antiquissimos poëtas Homerum, Hesiodum, alioque in genere praestantes viros Sophisticam artem dissimulasse, invidiae vitandae causa, se vero hanc palam profiteri.

(1) In Platonis *Gorgia*, Poli Gorgiaeque de Rhetorica opinionum haec summa est: quod ejus vis perspicitur.

1°. E sermonibus Meteorologorum, qui diversissimas sententias conciliant, hominesque pro aliis alias opiniones amplecti cogunt.

2°. E forensibus sermonibus.

3°. E philosophicorum sermonum certaminibus, in quibus conspicitur, quanta ingenii celeritate opinionum fides mutetur.

Erant igitur haec philosophica certamina nihil aliud, nisi declamationes in utramque partem de singulis virtutibus, de bonis et malis, aliisque hujus generis.

utilitatis maxime emolumentique causa colendam esse perhiberent, Graecorum civitates fuisse pessum daturos, nisi exortum esset divinum Socratis ingenium, qui latius serpentem pestem sanaret, et Sophistas, jam artium praesidio destitutos, e philosophiae quoque arce deturbaret. Sed cum sororio vinculo scientiae philosophiaque continentur, iniquus sit qui neget, illos quorum industria ingenium humanum ad inquirendum et disserendum deduxisset, Philosophiae quoque profuisse, cujus incrementum caeterarum etiam disciplinarum progressu censetur. Vid. omnino Heeren. Ideën, Tom. III. p. 442 sq.

Conclusio.

Sophisticae igitur caeteris ornamentis spoliatae nil nisi verborum ars nugatoria relinquebatur (1). Hinc illae inanes de poëtarum versibus disputationes (2), eorumque furta e philosophorum et Rhetorum scriptis: hinc vulgares anilesque nugarum laudationes (3). Quodsi postea Sophistica ex hac ruina se aliquantisper erexit, id factum est principum maxime vanitate, adulatoriam artem evocante, aliisque de caussis, quarum indicatio non est hujus loci.

(1) Isocrates, in *Helenae Enc.* p. 206 ed. Coraji, Sophistarum τερθρείαν πολὺν ἤδη χρόνον ἐξελελεγμένην vocat.
(2) Vid Texium V. Cl. in disp. I. p. 137. sq.
(3) Vid. imprimis Isocrates *Panath.* p. 236 *Helenae Enc.* p. 206 sq. et *contra Sophistas*, passim. Cresollius, *Th. Rh.* III. c. 9.

AD-

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 11. Licymnius. *leg.* Licymnus.
p. 13. nobilem, *leg.* nobilium.
p. 17. significaverat. *leg.* — rit.
p. 22. quantum, *leg.* quantam,
p. 24. in nota, addatur Pausan. X. c. 18. fine: ἐπίχρυσος δὲ εἰκὼν, ἀνάθημα Γοργίου τοῦ Λεοντίνων, αὐτὸς Γοργίας ἐστὶν εἰκών. Nescio equidem, an Pausaniae, in his rebus, omnium gravissima sit auctoritas.

Aliam statuam Gorgiae in Elide dedicatam tradit idem Pausan. (VI. c. 17.) ab Eumolpo, Deïcratis pronepote, cum quo soror fuerat Gorgiae. Totum Pausaniae locum describemus, quem omittere non debueramus, quippe quo tum quaedam a nobis posita confirmantur, tum aliunde non cognita suppeditantur: „ Natus est „ Gorgias patre Carmantide, et primus „ neglectam adhuc dicendi ex arte ra„ tionem excitasse dicitur, et ab homi„ num oblivione vindicasse. Dedit ma„ gnum eloquentiae specimen Gorgias, et „ in quinquennali Olympiae celebritate, „ et in ea legatione, qua functus est, „ Tisiae collega, apud Athenienses: nam „ Tisias orationis facultate omnes antecel„ luit sui temporis oratores: cujus rei „ fuit perspicuum documentum oratio ea „ sub-

„ subtilis hercule at peracuta, quam in „ lite mulieris Syracusanae habuit. Verum multo fuit apud Athenienses clarior Gorgias. Et hunc sane Jason, „ qui in Thessalia tyrannide potitus est, „ pluris multo fecit quam Polycratem, „ qui nulli fuit in Atheniensium scholis „ eloquentiae laude inferior. Vixisse autem Gorgiam annos ferunt centum „ quinque.

De Polycrate illo Atheniensi, cujus Pausanias meminit, vid. Fabr. B. Gr. T. IV. p. 486. Quis affirmet eundem fuisse, atque illum, cujus fuit liber περὶ σχημάτων Ἀφροδισίων, quem vulgavit sub nomine Philaenidis? vid. Athen. VIII. p. 335. Haec quidem vindicatio istius mulierculae debetur Aeschrioni: vid. Philaenidis epitaphium apud *Athenaeum*, ibid. De ejus dicendi genere pauca habet Dion. Hal. p. 111. et 167. Edit. Sylb.

Hunc autem Oratorem vel Rhetorem sive putemus una cum Gorgia in Thessalia versatum esse, sive his hominibus operam suam forensem scriptis orationibus venditasse, videtur sane Thessaliae regulis interior cum Atheniensibus fuisse literarum et humanitatis commercium, quam cujus nunc certa vestigia indagare possumus.

Caeterum in gratiam lectorum describam verba Olympiodori Comment. MS. ad Platonis Gorgiam, cujus praefationem edidit Routhius, (vid. Platonis *Gorg.* Ed. Findeisen. p. 603. sqq.)

Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἀπὸ Λεοντίνων τῶν

ἐν

ἐν τῇ Σικελίᾳ ἦλθε, πρεσβευσάμενος πρὸς Ἀθηναίους περὶ συμμαχίας καὶ τοῦ πρὸς Συρακουσίους πολέμου. εἶχε δὲ μετ' αὐτοῦ Πῶλον ῥητορικῇ χαίροντα. ἔμεινεν δὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Καλλικλέους δημαγωγοῦ τῶν Ἀθηναίων. Οὗτος δὲ ὁ Καλλικλῆς ἔχαιρε μὲν τοῖς δεινοῖς ῥήτορσιν. ἡδονὴν δὲ ἐποιεῖτο τοῦ βίου, καὶ ἠπάτα τοὺς Ἀθηναίους, τὸ Δημοσθενικὸν ἐκεῖνο προάγων ἀιεί· τί βούλεσθε; τί γράψω; τί ὑμῖν χαρίσομαι; ὁ τοίνυν Γοργίας ἐπεδείξατο, καὶ οὕτως εἷλε τὸν Ἀθηναίων δῆμον, ὡς τὰς μὲν ἡμέρας ἐν αἷς ἐπεδείκνυτο ἑορτὰς ἀποκαλεῖν, τὰς δὲ κῶλα λαμπάδας.

Itaque nunc quoque persistimus in nostra sententia, solos Grammaticos eorum festorum lampadumque mentionem facere. Ipsa tamen res non tam incredibilis est, ut fidem non mereatur. Vid. supra p. 22. et Findeisen. ad hoc Olympiodori fragm. not. 13. qui haec inedita verba citat Prolegomenorum in Hermogenem: τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐν αἷς ἐπεδείξατο, οἱ Ἀθηναῖοι ἑορτὰς ἐκάλουν· τοὺς δὲ λόγους λαμπάδας. ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ ἐκκρούεται τὸ σκότος, οὕτως καὶ οἱ συνετοὶ λόγοι τὴν ἄνοιαν. cf. Anonymus, apud Fabr. B. Gr. T. IX. p. 592.

In ejusdem praefationis fine multa disputat Olympiodorus de Gorgiae aetate, quibus nempe manifestum fiat, Platonem Gorgiamque eodem tempore vixisse; sed hoc quidem operosa disputatione non indigebat. Diserte Leontinus noster discí-

scipulus Empedoclis ab Olympiodoro vocatur.

p. 27. ingentiqui *leg.* — que

p. — nimium *leg.* nimiam

p. — extemporanea *leg.* — ralis

p. 28. extemporaneae *leg.* — ralis

p. 31. Sapuit quidem Mongitorius e Philostrati interprete et erravit; sed nos ipsi erravimus significantes, Interpretem Graeca verba non intellexisse.

p. 53. e *leg.* ei

p. 54. Not. cum παρονομασίᾳ conjuncta est παρήχησις, quae tum maxime auditur, cum duo vel plura vocabula eundem sonum referunt, sibique invicem respondent: hujus figurae exempla protulimus e Gorgiae reliquiis; ab his autem orationis pigmentis ut Demosthenes alienus fuit, ita Cicero illa *nonnunquam adhibuit.* Vid. Abram. ad Cic. Orat. pro P. Sextio, c. 7. quamquam ipsa verba, ad quae ille operose, ut solet, commentatur, Ciceroni sponte excidisse existimem. Ad Gorgiae quidem omninoque Sophistarum dictionem pertinet ejusdem Ciceronis locus, Orat. c. 19.: „ Sophistarum magis di„ stinguenda similitudo videtur, qui om„ nes eosdem volunt flores, quos abhi„ bet orator in causis, persequi. Sed „ hoc differunt, quod, cum sit his pro„ positum non perturbare animos, sed „ placare potius: nec tam persuade„ re, quam delectare, et apertius id fa„ ciant quam nos et crebrius: concin„ nas magis sententias exquirunt, quam „ pro-

„ probabiles; a re saepe discedunt, in„ texunt fabulas, verba apertius trans„ ferunt, eaque ita disponunt, ut pi„ ctores varietatem colorum: paria pari„ bus referunt, adversa contrariis, sae„ pissime similiter extrema definiunt". Quanti autem haec ornamenta fecerit Plato, ostendit jocus ille, in *Symp.* p. 320. D. Παυσανίου δὲ παυσαμένου (διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οὑτωσὶ οἱ σοφοί,) Cf. porro. Ernest. Lex. Gr. Rhet. v. σοφίσματα et σοφιςεύειν.

p. 57. τοῦτα *leg.* ταῦτα.
p. 60. καύοντες *leg.* παύοντες.
p. 66. si *leg.* sit.
p. 71. historiunculam *leg.* — riolam.
p. 79. Euathelo *leg.* Euathlo.
p. 86. amplectetur *leg.* amplecteretur.
p. 105. personarent *leg.* personabant.
p. 113. lacessante *leg.* lacessente.
p. 115. observata. *leg.* obversata.
p. — Philostrati locum de Protagorae fabula eodem, ut postea vidi, modo intellexit Wesseling. Obs. L. II. c. 25.
p. 118. adimadvertit id *leg.* anim. in.)
p. 124. pretiosora *leg.* pretiosiora.
p. 152. δια φοροί *leg.* διαφοροί.
p. 153 ὀκριβολογίαν. *leg.* ἀκρ.
p. 154. τᾶς *leg.* τὰς.
p. 157. ἀκούταννες. *leg.* ἀκούσαντες.
p. 163. jamjudum *leg.* jamdudum.
p. 165. De Poli in Graeciam profectione, vide quae addidimus ad p. 24.
p. 172. sublimitata *leg.* — te.
p. 182. Aspasio. *leg.* Aspasia.

p. 190.

p. 190. blandienti *leg.* — te. Caeterum addatur Paragrapho 2°. Hippias memoratur, ὁ λεγόμενος ὑπὸ Ἑλλήνων γενέσθαι σοφὸς, qui elegos inſcripſit ſtatuis juvenum, quos fretum Siculum trajicientes naufragio periisſe, narrat Pauſan. V. c. 25. quem vide.

p. 192. quibus *leg.* *quo.*

p 208. *ἀντὶ ὁ.* *leg.* *ἀντὶ δ'.*

p. 214. pate *l.g.* pati.

p. 231. alli *leg.* alii.

p. 236. profecti *leg.* profecto.

INDEX

EORUM, QUAE IN NOTIS MAXIME TRACTANTUR.

A.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

M.

O.

P.

S.

So-